

... admodum paucos hodie est semperque opinor erit arbitrium, adeoque est illarum aditus difficilis pretiosusque apparatus, nostrarum autem, graecarum dico et latinarum, paene immensa materia, ut, qui esse solet mortalium modulus, ni forte Scaligerani quidam existent homines, utrarumque scientiam plenam et accuratam nemo unquam coniuncturus videatur. ac continentur tamen tanquam naturali societate multosque habent locos communes, quibus et possunt et debent mutuam inter se ferre auxilium, poteruntque utilissimo iucundissimoque uti commercio, si nec aegyptologi dehinc dedignabuntur rerum aegyptiacarum monumenta, quorum in dies singulos crescit admirabilis multitudo, fideli ac religiosa interpretatione nostro usui patefacere, et vero eorum ex numero, qui in graecis literis latinisque habitant, tandem quis conabitur, quaecumque a scriptoribus de Aegyptiorum vetustate traduntur, in unum corpus componere artisque criticae idoneis instrumentis emendare et tueri. nec enim pauca sunt ex hoc genere, quae sive librariorum incuria sive erroribus doctorum hominum adulterata ac corrupta tamen veritatis loco habeantur vulgoque credantur. cuius rei unum nunc proponam exemplum, tenue illud quidem ac fortasse hoc tanto molimine parum dignum, unde tamen denuo possit disci vel minutis rebus non inutiliter anxiam quandam adhiberi cautionem ac diligentiam. *Moeridis* regis aegyptii pervetusti, eius qui lacum illum in deserti Libyci quadam convalle superfluentis quotannis Nili receptacula condidisse fama tam constanti ferebatur, ut inde *Moeridis lacus* in communem veniret sermonem, Moeridis igitur non admodum rara apud scriptores graecos latinosque memoria est: quorum locos nuper cum colligere coepissem interque se comparare, mirari subibat formam eius nominis nonnihil vulgatae dissimilem librorum manu scriptorum testimonio praeclare consentiente offerri, plerisque autem editoribus eisque, qui rebus literisque aegyptiacis

X.

Vindiciarum Herodotearum

specimen

edidit

Henricus Stein.

I.

Literarum aegyptiacarum penes admodum paucos hodie est semperque opinor erit arbitrium, adeoque est illarum aditus difficilis pretiosusque apparatus, nostrarum autem, graecarum dico et latinarum, paene immensa materia, ut, qui esse solet mortalium modulus, ni forte Scaligerani quidam existent homines, utrarumque scientiam plenam et accuratam nemo unquam coniuncturus videatur. ac continentur tamen tanquam naturali societate multosque habent locos communes, quibus et possunt et debent mutuam inter se ferre auxilium, poteruntque utilissimo iucundissimoque uti commercio, si nec aegyptologi dehinc dedignabuntur rerum aegyptiacarum monumenta, quorum in dies singulos crescit admirabilis multitudo, fideli ac religiosa interpretatione nostro usui patefacere, et vero eorum ex numero, qui in graecis literis latinisque habitant, tandem quis conabitur, quaecumque a scriptoribus de Aegyptiorum vetustate traduntur, in unum corpus componere artisque criticae idoneis instrumentis emendare et tueri. nec enim pauca sunt ex hoc genere, quae sive librariorum incuria sive erroribus doctorum hominum adulterata ac corrupta tamen veritatis loco habeantur vulgoque credantur. cuius rei unum nunc proponam exemplum, tenue illud quidem ac fortasse hoc tanto molimine parum dignum, unde tamen denuo possit disci vel minutis rebus non inutiliter anxiam quandam adhiberi cautionem ac diligentiam. *Moeridis* regis aegyptii pervetusti, eius qui lacum illum in deserti Libyci quadam convalle superfluentis quotannis Nili receptacula condidisse fama tam constanti ferebatur, ut inde *Moeridis lacus* in communem veniret sermonem, Moeridis igitur non admodum rara apud scriptores graecos latinosque memoria est: quorum locos nuper cum colligere coepissem interque se comparare, mirari subibat formam eius nominis nonnihil vulgatae dissimilem librorum manu scriptorum testimonio praeclare consentiente offerri, plerisque autem editoribus eisque, qui rebus literisque aegyptiacis

X. a.

praesunt, adeo fere contemptam, ut nunc vulgo ignorari videatur. namque eius loco, quod est *Moeris* (*Μοῖρις*), libri atque aliquot priscae editiones nunc maiori nunc minori consensu ac constantia exhibent *Myris* (*Μύρις* aut vitioso accentu *Μῦρις*). et in Herodoto quidem, qui primus de illo Graecorum, quantum nunc sciri potest, memoravit, noviens leguntur *Μοίριος* et *Μοίρι* a *Μοῖρις* deducti casus, ut singulis tamen locis codices reclament. itaque II 4 editur *Μοίριος* e *KM*¹⁾: at *Μύριος* legitur in *FRSV*, et de *C* idem narrat Wesselingius. sed quod Schweighaeuserus ad hunc locum ita annotat: 'mendum *Μύριος* habet etiam ms. *F* quae scriptura in nostris quidem excerptis ex nullō nostrorum Parisiensium enotata est', potest id quidem Georgiadae graeculi hominis, cui ille excerptendi curam demandaverat, negligentiae imputari saepius manifesto deprehensae: erit tamen cautius de Parisiensibus nisi certo testimonio in hac causa non nimis credere. ad II 13 Wessel. testatur *Μοίριος* in *KM* perpetuō, in reliquis *Μύριος* plerumque semper prodi, quo addit Schweigh: 'in *F* *Μοίριος* et super *οι* est *v* ab alia manu'. eiusdem capituli altero loco *Μοίρι* habet unus *R* qui tamen idem supra *Μύριος*, *Μοίρη* quod idem valet *F*, sed *Μύρι* memorabili inconstantia *KM*: reliqui, in quibus *D*, leviter errantes *Μύρις*. et paulo post *Μύριος* esse in *SV* ab Gaisfordio docemur, de reliquis silentium est. *Μύριος* porro tuentur eidem *SV* constanter his locis II 69. 101. 148. 149, quorum altero accedit *B* libri assensus. III 91 denique *Μοίριος* in *FKMP*, *Μύριος* in aliis extare dicitur. praeclara igitur constantia eam formam, quae *v* litteram habet mediam, tenent *SV*, Parisienses saltem non ignorant: contra in eam, cui *οι* inest diphthongus, ne isti quidem *FKMP* nec inter se ubique nec secum quisque conspirant. quo si addideris diphthongi nec in Aldina principe ullum neque apud Vallam, cuius interpretatio latina graeci codicis fere obtinet vicem, comparere vestigium, intelleges quam sint infirmo usi praesidio qui *Μοίριδος* et *Μοίριδι* in Herodoto novaverunt, qui Iacobus Gronovius ineptissimus Medicei libri admirator et Wesselingius fuerunt. et huius quidem viri eximii auctoritas tantum potuit, ut altera nominis species hodie abiecta sordeat in lectionum variarum congerie. qui eodem nescio cuius opinionationis errore inductus, Di odorum cum ederet, librorum etiam maiorem consensum superbe sprexit, quorum testimonia transscribenda huc censebam Dindorfii verbis integra, ut suo quisque arbitrato posset uti. itaque haec annotata sunt ad I 44: 'ἀπὸ *Μοίριδος* *C*, ἀπὸ *Μύριδος* *AE*, ἀπομυρίδος *D*, sub *Myride* Eusebius, caeteri ἀπὸ μυριάδος'. I 51: 'Μοῖρις *C*, caeteri *Μύρις* vel *Μῦρις*'. I 52: 'Μοίριδος *C*, caeteri *Μύριδος*'. ibidem *Μοίριδος* ed. Wess.: 'libri *Μύριδος*'. I 66 prorsus item. I 84: 'Μοίριδος *CE*, Meredem Poggius, caeteri *Μύριδος*'. I 89:

¹⁾ De codicibus Herodoteis, quot quidem ad hunc diem in rei criticae usum tractati sunt, quamquam parata habeo unde rectius allquanto diligentiusque confido iudicium posse fieri, quam olim a Wesselingio et Schweighaeusero factum est, — nam qui post illos Herodoti libros ediderunt, praeter unum Gaisfordium, nihil omnino novi ad hunc locum attulerunt —, tamen ea re satius existimo tantisper abstinere, donec reliquos quoque libros, qui numero plures in bibliothecis adhuc quasi feriantur, mihi aut aliis felicioribus contigerit vel excutere vel inspicere. longe enim errant si qui ad libros, quos aut casus obtulit aut selegit arbitrium, iustam posse recensionem institui opinentur, longius etiam qui de librorum origine cognatione dignitate statuere non dubitent, cum de compluribus vel etiam pluribus nihil dum sit exploratum. quamquam mihi quidem diuturno ac prope cotidiano usu comprobatum fateor, quod superiorum cum aliis tum Bekkero placuisse res docet, ut Sancroftianum et Vindobonensem gemellos libros quique ab illis propius abessent Parisienses duos si minus chartarum literarumque vetustate, at lectionum mirifica saepe bonitate reliquos antecedere iudicarent. compendia autem literarum, quibus in significandis libris uti soleo exemplum fere Gaisfordianum imitans, sic intelleguntur:

ABCDR Parisienses

S Sancroftianus, *V* Vindobonensis

F Schellershemianus, *K* Askevianus, *M* Mediceus, *P* Passioneus.

Μοίριδος C Poggius Wesselingii, nam meus (i. e. Dindorfii) *Miridis*, caeteri *Μύριδος*?. venit quoque in testium numerum is qui primi libri alteram partem pluribus verbis in epitomen coegit: cuius epitomes in libro Coisliniano (A) asservatae haec sunt: *ὡς Μύρις βασιλεύσας τὴν ἐν Μέμφει λίμνην ὄρνευε*. nec omittendum quod Dindorfius ad I 61 posuit: *Μένδην*] *Menidem* Poggius Wesselingii, meus *Miridem* eodemque modo in marg. ascribitur *Miris rex*. tantum de Diodoro, cui quo iure sit iste *Μοίρις* ab editoribus obtrusus, iam ipse iudicabis. prudentius rem administravit in Aeliani de nat. anim. VI 7 Fridericus Iacobsius, cum quod unicum suaderent libri, *περὶ τὴν λίμνην τὴν καλουμένην Μύριδος*, ab omni immutatione prohibuit. aliquanto vero impeditior est disceptatio, utram formam Strabonis, Stephani Byzantii, Pomponii Melae, Plinii ipsorum a manibus profectum statuamus. nam Ptolemaeum quidem (geogr. IV 5, 20. 36), Aristidem (Aegypt. p. 351 seqq.), et si qui alii posterioris aevi scriptores hoc nomen memorasse invenientur, *οι* voculam in eo usurpasse quidni credamus librorum fidei, praesertim nihil unde suspicioni locus fiat dissidentium? quippe *Μοίρις* nomen graecum in Graecorum usu diu vixit, *Μύρις* videtur perrarum fuisse nec in ullo graeco homine nunc extare credo nisi in Arati poetae fratre (v. Arat. vit. init.), quem eundem indicabat fortasse is a quo haec glossa Suidae a Bernhardye in marginem detrusa profecta est: *Μύρις, ὄνομα κύριον*. quamquam Arati fratrem L. Dindorfius Thes. Paris. V p. 1137 ambigebat an rectius nominatum putemus *Μοίριν*: immerito, opinor, si quidem ab eo, cuius est prima positio *Μύρις*, declinata reperiuntur sine ulla fraudis suspicione *Μυρίσκος Μύριχος Μυριχίδης Μύρων Μυρώ*. et in *Μυρώ* nomine eadem illa vocalium confusio varias dedit turbas, de quibus vid. Iacobsius Anthol. Palat. III p. 42. 166, nec leges sine fructu de omni hoc genere sat late patente quae observaverunt, ut potissimos aliquot ponam, Valesius ad Harpocr. p. 327, Schaeferus et Bastius ad Gregor. Cor. p. 18. 869, Iacobsius eiusdem quod modo citavi voluminis p. 197, Kramerus ad Strab. p. 230. 295. 542 edit. Cas. quamque prona fuerint librarii in hunc errorem vel eis locis, ubi sententia ipsa quid scribendum esset clamaret, commode discitur ex Herodoti III 74 *ὑπισχνούμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν*, ubi suum sibi habeat *Ἰ* liber *μοίρια*. nec vero possunt quicquam ad causam quam agimus afferre momenti Diogenis Laërtii VIII 11 haec: *τοῦτον* (sc. *Ἡνθαγόραν*) *καὶ γεωμετρίαν ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν, Μοίριδος πρῶτον ἐβρόντος τὰς ἀρχὰς τῶν στοιχείων αὐτῆς, ὡς φησὶν Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀλεξάνδρου*, quae post Aldobrandinum et Menagium de aegyptio rege intellegi voluit nuperrime R. Stiehle in Philologi IX p. 475. sed ad quattuor illos, de quibus supra institueram dicere, iam ut revertar, in Strabone quod se falli passi sunt editores non indignabitur nisi iniquus. nam praeterquam quod p. 789 nil variante, ut videtur, scriptura Kramerus vulgarem formam edidit, p. 809 libri plerique praebent *μούριδος*, p. 810 eandem libri octo, p. 812 cuncti, postremo p. 813 item cuncti praeter unum. quae discrepantia haud facile dictu esset ad *Μοίριδος* valeret an ad *Μύριδος*, — neque enim quisquam, qui Strabonis noverit ingenium, persuaserit sibi *Μούριδος* formam ipsi scriptori magis probatam fuisse, qui ne verbo quidem indicarit quapropter in nomine inde ab Herodoto vel pueris noto a communi scribendi more secedendum existimaret —, de illa igitur discrepantia parum liqueret, nisi percommode accidisset ut in alio loco Straboniana ipsa manus sub mendii opportunissimi tanquam integumento delitescens librariorum correctorumve temeritatem feliciter effugeret. p. 50 enim, ubi sic libri manu scripti ad unum omnes vetustaeque editiones: *ὡς δ' αὐτως καὶ τῆς ἄλμυρίδος λίμνης τοὺς αἰγιαλοὺς θαλάττης μᾶλλον ἢ ποταμοῦ προσεοικέναι*, dudum editum est *τῆς Μοίριδος λίμνης*, cum scitius Casaubonus monuisset *Μύριδος* sub eo errore latere. hinc iam progrediamur ad Stephanum Byzantium, cuius loci ad nostram rem facientes secundum Meinekii recensionem hi sunt: p. 130 *Ἀσδωνίς νῆσος κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην*, p. 385 *Κροκοδείλων πόλις, πόλις ἐν τῇ Μοίριδος [τῇ] λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ. Ἡρόδοτος τῇ δευτέρῃ*, ad quae ita Meinekius: *Μοίριδος*, inquit, vir doctus in marg. Aldinae qua utor,

Μοιρίδι libri? paulo post p. 386 *καταπεσόγτος δὲ τοῦ ἵππου ἐν τῇ Μοιρίδος λίμνῃ*, ubi eadem Meinekius de librorum scriptura: de qua tamen accuratius vellem aliquid narrasset. etenim eo quidem loco, quem primum collocavi, superiores editiones, quantum e Dindorfii apparatu cognosci licet, sine ulla varietate tenent *Μυρίδος*. nec verò in eo plane assentiri possum viro clarissimo ut posterioribus locis tradita verba mutanda putem. ita enim Pomponius Mela I 9 *Moeris aliquando campus, nunc lacus*, in quo quidem quominus de ipsa nominis lectione quicquam commentarer, prohibuit me omnis ad illum suppellectilis criticae inopia. sed ad Melam potissimum respexisse suspicor Lucam Holstenium cum ad Stephanum v. *Ἀσδονίς* in hunc modum pronuntiaret: *Μοιρίδος* quod amplexi sunt Romani? nam quem unum praeter Melam ex latinis asciscere possum, Plinium, eum, cum alias alios auctores secutum esse sciamus, nil mirum si ne ipsum quidem sibi in hac re ubique constitisse, verum totiens *Myridis* quotiens *Moeridis* scripsisse codicum contrariis testimoniis credibile fiat. illud enim praestant V 50 Hermolai Barbari sive editio sive libri, quorum eximiam fidem praedicavit Silligius praefationis prioris p. XXIII, et vetus quidam Dalecampii codex, de cuius praestantia idem Silligius pluribus egit p. XXIX seq. similiter V 61 *Myridis* habent *DSTd*, *Myridus R*, *Miridis N*, *Muridis* Barbarus. at XXXVI 76 *Moeridis* est in *BVR*, *meredis* in *h*, *meridis* in *d*. postremo eiusdem libri 84 ad haec Plinii: *Demoteles regiam Moteridis fuisse* (labyrinthum), *Lyceas sepulcrum Moeridis*, e libris nil prorsus, quod quidem huc faciat, allatum est. iam videmur nobis tantum hac testimoniorum recensione si minus necessario evicisse at certe huiusmodi rerum intellegendis satis probasse, Herodoto Diodoro Straboni ubique, Plinio duobus saltem locis, uno fortassis vel etiam tribus Stephano suum sibi Myridem esse restituendum. cavi autem sedulo eis, quae adhuc ad librorum fidem disputavi, ne quid ambitiose grammaticae immiscerem rationis neque ad legem aliquam normamve ex natura et more sive aegyptii, quem cum longe plurimis ignoro, sive graeci sermonis repetitam dirigerem meum de hoc nomine iudicium. liceret sane quidem supra librarios tandem sapere longeque rem haberemus expeditiorem ad diiudicandum, si versibus poetae alicuius diligentioris lacus nomen insertum reperiretur. at quicquid evolvi poetarum, mea quidem opera frustra fuit, aliorum ut feliciori sit eventu opto equidem, sed dubito vehementer an non sit futura. quod cum ita sit, ne tamen quid adiumenti praetermissum contemptum aut neglegenter videatur, ad aegyptologorum arcana confugiendum est, ab illis si forte edoceamur, quodnam ipsos illi lacui Aegyptios nomen imposuisse vel certo sciant vel probabiliter coniectent. fatemur, eo devenimus locorum, unde ne sicuti ille a Iovis uxore discessuri simus opinationum elusi iocosis nubibus, metuet sane qui aliorum experimentis ipse didicerit cavere. at enim quod comici olim obtrectatoribus, idem hodieque nonnullis male suspicacibus accidere video vel certe videre mihi videor, ut nimium intellegendo nil intellegant: qui dum aegyptologis novi cotidie aliquid atque remoti a vulgari tritaque doctrina assiduo labore in lucem promentibus maligna pertinacia diffidant, vera iuxta cum falsis damnent ac proiciant. est hercle aliquantum inter Seyffarthiorum Uhlemannorumque inania somnia et Lepsii Rougerii Birchii Brugschii aliorum complurium sanam certamque artem ac disciplinam. hi si quid peccant, — nec possunt sane in genere difficillimo vel singulis gradibus, quibus ad ipsam veritatem enituntur, a multiplici errore immunes esse —, peccant in hoc potissimum, quod discendi docendique studio accensi ea etiam interdum fortiter edicunt ac confidenter, quae alteris retractata curis mox ipsi aut corrigenda esse aut etiam abicienda sentire soleant. sed nostra quidem causa praeclare ab illorum disciplina adiuvatur. scite enim et acute ut fere solet Richardus Lepsius perspexit Moeridis nomen, quod nusquam non cum lacus mentione coniunctum esset nec omnino in iis tabulis extaret, quae de dynastiis aegyptiis nonnullae ad nos pervenere (v. Müller. fragm. hist. gr. II p. 526 seqq.), non fuisse unquam regis ullius hominisque nomen, verum graecos homines in Aegypto peregrinantes cum lacum, quem ob stupenda operum miracula crebri visebant, ab incolis vocari

audirent *phiom en mere* h. e. lacum inundationis, ioculari errore *mere* vocabulo regem nimirum cascum appellari operis auctorem opinatos, iam de Moeridis lacu fabulari coepisse. vid. Lepsius *Briefe aus Aegypten* cet. p. 79. *Chronologie der Aeg.* I p. 262 seqq., et conferas si tanti est quae et de lacu et de regis vero nomine paucis exposui ad Herod. II 101 3. 148 23. 149 2. atque ille quidem satis habuit erroris vetustate confirmati tenebras felicissimo ingenii invento dispulisse. accuratius autem postea et circumspectius in eandem rem inquisivit precibus meis obsecundans abhinc tres annos Henricus Brugschius, qui plenissimis lectissimisque artis suae instructus praesidiis quae tum invenerat, mecum amicissime communicavit. quorum summa huc fere redit. extant in monumentis aegyptiis non rarae ἀναγραφὰὶ νομῶν hieroglyphica scriptura comprehensae. in his lacus qui Graecis dictus est Myridis (ut iam liceat usurpare quod rectius esse intellectum sit) tribus literis significari solet, quae vel *MeRI* vel *MIR* pronuntiari possunt. eius voculae vis fere quadrat in nostri sermonis *becken*, Graecorum λάκκον. iam et ipse Nilus et fossae numero plurimae, quibus inferior praesertim Aegyptus quoquoversus dissecta et divisa navibus patebat, tum lacus maioresve, quales singulis Aegyptiorum delubris propter sacras quasdam caerimonias fuisse adiunctos constat, denique omnes alvei lacunaeque aquarum capaces in inscriptionibus eo signo notata reperiuntur, quo illud vocabulum *MeRI* sive *MIR* indicatum volebant sacrae scripturae artifices. quem autem Lepsius ei vocabulo subiecit significatum *inundationis*, is solus obtinet in lingua coptica, quae contra simpliciore illam fossae lacunaeque notionem deposuit. itaque a Coptis ille de quo agitur lacus *lymne nte phiom* dici solet h. e. λίμνη τῆς θαλάσσης (cf. Strab. p. 50). unde facile corrigentur quae de Aegyptiorum usu festinantius olim pronuntiavit Lepsius. sed antiquum illud *meri* opportune res tulit ut in aliquot nominibus manifestis indicibus deprehendatur. quo ex numero potissima sunt *Μάρεια* sive *Μαρεῶτις λίμνη*, *Μαρεώτης νομός*, *Μαρεῶτις πόλις*. ac nescio an possit ad eandem illam Graecorum denominandi temeritatem referri fabulosus ille rex *Μάρρος* sive *Μάρρης* (Diod. I 61. 97. Aelian. hist. an. VI 7, cf. Plin. hist. an. XXXVI 84), quem erant qui labyrinthum lacu Myridis adiacentem aedificasse crederent vetustatis aegyptiacae parum periti; alios qui *Τυιάνδην* (*Ισιμάνδην*) sive *Μένδην* vocarent (Diod. I 61. Strab. p. 811. 813) a veritate propius afuisse demonstratum nuper est, cum Lepsius inter labyrinthi rudera pyramidisque labyrintho adiunctae reperisset tabularum reliquias, quibus regis *Amenemhae* nomen insculptum legitur. de qua ille re exposuit in *Briefe* cet. p. 76. *Chronol.* I 262 seqq. sed in illis nominibus litera media, quae antiquitus vel *e* vel *y* vel simile quid valuisse videtur, Graecorum ore in *a* abiit. magis autem facit ad rem quod supersunt aliquot nomina aegyptiorum locorum oppidorumque, in quibus genuina forma paene integra apparet. quae cum sint e binis singula conflata, posteriorem partem explet illud ipsum de quo quaerimus *μῆρις*. sunt autem haec quae quidem indagare potui: neque enim contenderim nullum me latuisse. Steph. Byz. in v. *Αίλια*, πόλις πρὸς τῇ Συρία καὶ νῆσος Αἰγύπτου, ὡς Ἐφορος, καὶ Αἰγυπτίους καλονμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος. Holstenius coniecerat *Πύραμις* vocem nimirum aegyptiam, quam nollem Meinekii suo plausu aliis commendasset. porro Letronnius *Recueil des Inscr. gr. et lat. de l'Ég.* I p. 125 hanc edidit inscriptionem: Ἀμενήβι θεῷ μεγίστῳ Τχονεμύρεως καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς cet., quae recte ille sic accepit: Ἀμενήβι θεῷ μεγίστῳ τῷ ἐν Τχονεμύρει, addiditque: 'il est donc difficile de douter que Tchonémyris ne soit le nom ancien de Kasr-Zayan', quod est magnae Oasis oppidulum. idem ut interpretationem suam tueretur II p. 518 in margine commode attulit titulum Cyzicenum (C. I. 3692), cuius in principio haec leguntur: Ἰουλ. Ἀρίαν γένος Αἰγυπτίαν ἀπὸ κόμης Θμενταμύρ[ε]ως τοῦ Θεϊνιτοῦ νομοῦ. unum iam reliquum est in quod non inepte hoc loco inquiri posset, nisi tandem quaestioni longius suos terminos transgressae finem esse imponendum sentirem. quaerant igitur alii, quamnam habere rationem dicendum sit, quod in tot nominibus aegyptiis cum graecis latinisque scriptis tum inscriptionibus ad nostram memoriam per-

latis mira paucitas est eorum quibus insit diphthongus *oi*. nam talibus remotis, qualia sunt *Ὄμβροι* aut *Ὀίνουφαι*, quorum alterum patet ad graecum morem terminatum esse, alterum a Lepsio recte in *Ὀννούφαι* mutatum est, quinque in schedis meis invenio congesta, quorum exiguum numerum etsi nonnullis posse augeri non negaverim, est tamen profecto quod miremur. et sunt in his quinque duo mensium aegyptiorum nomina, *Χοιάκ* et *Παιονί*, quorum illud saepe recepisse *v* vocalem docent inscriptiones, hoc paucis locis *oi* literis scriptum inveni (C. I. 5074. 5198), vulgo *v* literam continere constat.

II.

Quod in Myridis nomine longioris disputationis ambagibus fuit efficiendum, uti meliorum librorum fidei aliquando obediretur, idem in *Ψαμμήτιχος* nomine, quod vitiosae *Ψαμμίτιχος* formae cum in nonnullis aliis tum in Herodoto suo cessit loco, multo facilius ac tanquam sua sponte apparebit faciendum esse. praeter ipsos enim et Herodoti locos et aliorum scriptorum, quot quidem memoriae ultro occurrunt, quibus illa nominis scriptura aut posthac constanter vindicanda erit, qui sunt numero plures (Herod. I 105. II 2. 28. 151. 152. 153. 154. 157. 158. VII 7, Thucyd. I 104, Strab. p. 61. 770. 786. 801. 802. 804, Athen. p. 345 e coll. p. 231 d, Aelian. hist. an. XVII 6, schol. Arist. Plut. 178 ad quem locum vid. Dindorfius p. 550), aut vero suo iam fruitur iure (Arist. pol. V 12 p. 1315 b 26, Manethon. fr. 66 Müll., Diod. I 33. II. 43 in epitome supra memorata, I 66. 67, Plut. mor. p. 353, Aelian. var. hist. XIII 33, schol. Arist. nub. 398. vesp. 718, Suidas in *v. Βεκεσέληνε*, quibus addenda *Ψαμμήτιχη* insula apud Harpocr. *v. Ἐκάνης νῆσος*), quominus lectionum variarum molesto recensu causam defenderemus, pervolentibus fecerunt otium duo testimonia, quorum utrumque per se largiter valet ad rem profligandam. alterum continet titulus Nubicus (C. I. 5126) non uno ille nomine insignis, maxime hinc quod Persarum imperio vetustior esse probabiliter creditur. eius verba haec sunt: *Βασιλέως ἐλθόντιος ἐς Ἐλεφαντίαν Ψαματίχον ταῦτα ἔγραψαν τοὶ σὶν Ψαμματίχῳ τῷ Θεοκλ[έ]ος ἔπλεον, ἤλθον δὲ Κέρκιος κατ'ὑπερθεὶν ἐς ὃ ποταμὸς ἀνίη, ἀλόγλωστος Ἀηγεποιάσιμι, Αἰγύπτιος δὲ Ἀμασις. ἔγραφε Λαμάρχων Ἀμοιβίχον καὶ Πήληκος Οὐλάμον.* vasto quidem ab hoc temporum. hiatu distat alterum quod pollicebar testimonium, quod ad hunc tamen locum non multo levius sit, schol. Ttetz. Chil. IV 788 in Cramerii anecd. Oxon. III p. 359:

*Ψαμμήτιχος δι' ἧτα λοιπὸν γραπτέον
καθὼς ἔχει πᾶν τῶν παλαιῶν βιβλίων.
ἰῶτα δ' οἱ γράφουσιν Ἑλλήνων λόγοις,
κακῶς γράφουσιν οἷς ἐπέισθην εἰς μάτην.*

pravam per iota scribendi consuetudinem facile perspicitur a nominis *Ψάμμης* similitudine fluxisse: rectam quam vindicamus rationem sicuti e simillimo *Ψαμμήντιος* nemini unquam addubitato auxilium acquirere licet, ita operam luserit si quis ex Aegyptiorum usu illustrare tentaverit, qui cum vocales parce repraesentarint literis, Psammetichi nomen hoc modo indicarunt potius quam expresserunt, *PSMTK*, aegyptologi autem solent ita integrare *PSaMeTeK*. ceterum liceat hac occasione uti, qua similem errorem Herod. VII 42 *διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρίνην πόλιν* adhuc obscurantem dudum a Meinekio ad Steph. Byz. p. 163, 8. 358, 13 notatum moneam: neque enim sinit nos Stephanus dubitare ipsum Herodotum appellans quin posthac edendum sit *Καρήνην*.

III.

Augustus Boeckhii introductionis, qua inscriptionibus Sarmaticis praefatus est, capite altero postquam de nominum a *Φάρν-* et *Φέρν-* incipientium causa ac ratione docte ac subtiliter exposuit, haec subiunxit (C. I. II p. 116 seq.): 'Finalis radicis exempla Persica sunt permulta, *Ἀρτα-φέρνης, Αἰ-φέρνης, Ὀλο-φέρνης, Ἰντα-φέρνης, Μεγα-φέρνης, Φράτα-φέρνης, Τίσσα-φέρνης* etc. sed veteres Graeci, quo nomina Graecis essent similliora, transposita canina litera, quae locum mutare amat, illud *φέρνης* mutarunt in *φέρνης*, ut apud Aeschylum est *Ἀρταφέρνης* et Herodoto quoque ex libris restituendae sunt lectiones *Ἀρταφέρνης, Ἰνταφέρνης.* vir eximius, a quo nihil nisi bene meditatam cauteque circumspicere consuevimus excipere, quid maxime rationis secutus sit in eo quod de instauranda Herodoto scriptura paucissimis ac tanquam aliud agens monuit, nescio equidem: monuit autem rectissime. et restitui ego cum nuperrime Herodoti recognoscerem ederemque librum tertium, quo uno ac solo Intaphernis nomen octiens continetur, meo quidem Marte sed libris quibusdam auxiliantibus *Ἰνταφέρνης, -φέρνης, -φέρνηα.* ita cur faciendum arbitrarer, breviter ut res postulabat explanavi ad III 70 7, idem me postea in Artaphernis nomine facturum ibi professus. Boeckhium me habere eius rei socium, qui tamen ante haec tria lustra illa edidisset, post intellexi quam ipse inveneram. quod non ideo non reticendum censeo ne quid scilicet mihi nescio cuius gloriolae pereat, verum quia accrescere videatur ipsi rei aliquantum fidei, si duos homines ratiocinandi quadam necessitate idem ut sentirent per se quemque adductos constet. sic autem mihi cum Boeckhio convenit, ut in ratione tamen illorum nominum constituenda eidem mihi longius ab illo secedendum videam. quamquam enim *φ* literae metathesim post Meinekii Anal. Alex. p. 118, Lobeckii Pathol. I p. 492 seqq., Ritschelii N. Mus. Rhen. VII p. 565. VIII p. 150 seqq., aliorum subtiles quaestiones non potest non credi per utrumque sermonem late esse diffusam, in singulis tamen nominibus verbisque nolim quis audeat ea observatione licentius ad mutandas scripturas abuti, nisi quae aut flagitet necessitas aut librorum dissensus comprobet corrigendi conatum. itaque non negaverim equidem potuisse nomina Persica, quae in *φέρνης* exirent, Graecorum ore ad aurium suavitatem aut ad similitudinem quandam sui sermonis intrepide novantium tantum inflecti ut deinde *φέρνης* syllabis clauderentur. sed ita factum esse, ab Aeschylo si discesseris Herodotoque, qui tibi persuadeas, cum apud Thucydidem Xenophontem ceteros, qui post illos huius generis nomina usurparunt, ubique *φ* consonantem videas subiectam *ε* aut *α* vocalibus? tantumne hos numero longe plures ab duobus illis pulchri sensu credamus victos, ut, quod ab illis elegantissime esset Graecorum nescio cui usui accommodatum, hi stolide aspernati in barbariam relaberentur? aut vero tam fuisse mire concordantem librorum in variis scriptoribus sive levitatem sive negligentiam, ut, quod probasse Aeschylum versuum fide constet, Herodotum libri quidam fidem faciant, idem ubique quamvis in vitis libris inferendum illis pluribus censeamus? aut denique tam fuisse Aeschyli Herodotique inconstans iudicium, in posteriore nominum parte ut *φέρνης* sive *φάρνης* fastidirent, in priore eidem aequis auribus paterentur, ut in *Φαρνοῦχος* (Pers. 308. 940 ed. Herm., nam *Φαρνδάκης* 32. 932, *Φερρσσίης* 307 aliam quandam habent rationem), *Φαρνάκης Φαρνάσπης* aliis? sed Aeschylum quidem hanc quoque causam habuisse mutandi 'ut metrum servaretur', sunt qui credant scholiastae auctoribus ad Pers. 22 *κατὰ δὲ τινὰς ἐστὶν ὑπέροφθεις ἐν τῷ Ἀρταφέρνης διὰ τὸ μέτρον* (cf. Lobeck. l. d. p. 497). quod parum recte credi contendo confusus aliquot argumentis, quorum proferam potiora. *Ἀρταφέρνης* nomen, quod praeter nullo simili usus est, tribus poeta versibus iuculavit. e quibus duo sunt iambici generis (776. 779)

Ἀρταφέρνης ἔκτεινεν ἑσθλὸς ἐν δόμοις.

ἔκτος δὲ Μάραφης, ἑβδομὸς ἴ' Ἀρταφέρνης,

cuius ab indole quo pacto abhorrere videatur Ἀρταφέρνης non perspicio. eandem formam tertio (22)

οἶος Ἀμίστρης ἢ Ἀρταφέρνης,

qui est anapaesticus, liquet nullo modo potuisse adaptari nisi ρ litera transposita. at quae tandem necessitas cogebat poetam ad suum arbitrium suumque ad usum cetera in hac fabula selegentem aut etiam libere fingentem, ut in illo versu id potissimum nomen collocaret, quo nisi aliquantum a genuina forma declinato uti omnino non liceret? ac certius etiam nihil ab ipso poeta esse praeter morem inductum colligitur e versu

φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν διακοστροφούν,

quem quidem libri post 767 locatum habent, interpretes autem et veteres et recentes cum intellexissent lusu etymologico originem ac vim Artaphrenis nominis explicare, Godofredus Hermannus post 776 transposuit. quem prudenter fecisse iudicabit qui totum locum magnis multisque difficultatibus impeditum nec leniter timideque tractandum illo ipso duce ad rectam rationem exegerit. sed poeta si in hoc nomine etymologico suo acumini sic demum indulgisse dicendus sit, postquam illud ad commodam nimirum veriloquii materiam tanquam praeformasset, vereor equidem ne nimis insipidum ac parum dignum suo ingenio facinus commisisse videatur. itaque Ἀρταφέρνην Aeschyleum non a transmutationis potius licentia quam a communi quodam vitae usu repetendum existimo: id quod maiorem etiam veritatis speciem nanciscetur in Herodoto. Is cum praeter Artaphernem et Intaphernem Persica nomina hoc modo conclusa memorarit nulla, utram in illis duobus ρ literae positionem vel magis probarit vel unicam noverit, librorum testimoniis explorandum est narrant igitur editores Ἰνταφρένια III 70 legi in *SV Valla*, 78 in *SV*: ibidem Ἰνταφρένης cum esse in *S*. auctor sit Gaisfordius, de *V* credi debet idem. et reliquis locis III 118. 119 Ἰνταφρένεος causam defendit unus quidem *S* sed constanter, cui probabili item coniectura adgregatur *V*. quodsi hanc nominis formam genuinam esse veritatisque ipsi propiorem praeter Aeschyli usum demonstratum erit eo argumento, quo firmiter in hoc genere nemo temere flagitaverit, constabit eadem opera, quo iure illorum codicum, vel ubi a ceteris cunctis dissident, tantum faciamus coniunctam fidem, quanti nos facere supra pronuntiavimus. Herodotum enim cum in reliquis tum in Persicis rebus prae aliis earundem scriptoribus non modo eximia quadam sua fide verum etiam luculentis quos sequeretur auctoribus esse usum, comperimus, ex quo inscriptionibus quas nunc vocant cuneatis plurimam tandem partem, quot quidem Persarum referunt sermonem, communi intellectui reclusis, coepimus ea, quae ipsi Persarum reges, Dareus inprimis Hystaspis filius, ad posteritatis memoriam lapidibus insculperunt, cum Graecorum comparare narrationibus. itaque de nominibus septem coniuratorum incredibilis est inter Ctesiam praesertim et Herodotum dissensio. ea et ipse Dareus rex in nobilissima illa amplissimaque inscriptione Bahastanae rupi insculpta posuerat, sed duo tantum plenis integrisque literis extant, reliqua lapide imbribus corroso paene tota evanuerunt. ista autem duo sunt *Vindafranâ* et *Gaubruca*, quae sonant apud Herodotum Ἰνταφέρνης (sive -φρένης) et Γωβρύης, a Ctesiae recensu plane absunt. taceo conamina hominum acutissimorum ex inscriptionis eiusdem exemplis quae dicunt scythicis et assyriis eidem rupi incisis lacunas nominum explendi, ne firma infirmioribus commiscendo fidem ipsam rei subvertam: tantum addo, quicquid illinc efficere sibi visi sunt, facere ad Herodoti auctoritatem stabiliendam (v. Oppert. in Journ. Asiat. XVIII p. 349 seqq.). propius huc pertinet quod certissimo nunc testimonio compertum est Persarum ipsorum sermone unam *frana* (φρένης) terminationem probatam esse, non *farna* (φάρνης), hanc autem post Herodotum demum apud Graecos invaluisse, ad similitudinem credo nominum a *Φαρ* sive *Φερ* exordientium, quod et ipsum tamen in Persarum sermone *Fra*-sonuisse habeo unde probabiliter suspicer. transeo ad Artaphernem, cuius nomen legitur his locis, V 25. 30 bis. 31. 32 bis. 33. 35. 73. 96 bis. 100. 123. VI 1 bis. 2 bis. 4 bis. 30. 42 bis. 94 bis. 119. VII 8, 2. 10, 2. 74 bis. non habere opera dignum sive editores sive hi, quibus libri pertractandi erant, lectionis varietatem ubique exponere: eis tamen verbis

ad plurimos locos testati sunt, ut de re ipsa non oporteat dubitare. itaque φέρνης exitum constanter tumentur *ACFKPV*, de *M* nihil diserte proditum est, item de reliquis Parisiensibus, nisi quod in *B* esse φέρνης annotatum est ad VI 42. Vallam dedisse *Artaphrenes* narrat Wesselingius ad V 25. 123. Aldina tenaciter amplectitur φέρνης, num ad librorum fidem, ambiguum est. sed *S* unum ubique tenere φέρνης quoniam credendum Gaisfordii diligentiae, qui ad hanc rem curiosius etiam attendisse videtur ideo quod Wesselingius ad V 96 contra prorsus de eo libro pronuntiasset, esset sane quidem quod haesitaremus incerti, nisi correctoris sibi constantis, cuius nec alia desunt vestigia multa et evidētia, coargueretur manus Vindobonensis gemelli libri diversitate.

IV.

Adiectiva μικρός et μικρός sive μικός, quorum illud regnavit in communi usu, hoc Dorico sermoni proprium fuit, ab eadem stirpe producta, quae est *MIK*, sat grandi numero propriorum nominum originem dederunt, quorum potissima sunt *Μίκκος Μίκα Μίκκων* (sive *Μίκων*, variat enim scriptura sicut in similibus nonnullis) *Μικίων Μικίνος Μικύλος Μικύλλος Μικτιάδης Μικύθος* (de quo vid. Lobeck. proleg. p. 367), *Μικρίων Μικρώ*. cf. praeter alios Schaefer. ad Greg. Cor. p. 281. seq. Keil. anal. epigr. p. 153. 250. quoniam vero pro temporum locorumque diversitate fluctuabat scribentium consuetudo inter μικρός et σμικρός, non potuit sane in nominibus inde deductis non obtinere eadem varietas. itaque legitur *Σμικρος* apud Isaeum XLVI 35. Demosth. XXI 182. Conon. narr. 33. C. I. 165, 56. 167, 17. 171, 5 (*Σμ[ικρο]ς*) et fortasse 289, 9, *Σμικρος* Xen. Anab. VI 3, 4, *Σμικρίας* Boeckh. Urkunden p. 250 (cf. C. I. 172 III 21 *Σμικρίας* cuius loco Boeckh. mavult *Σμικρίας*, 235 IV), *Σμικρίνης* com. gr. IV p. 91 (III). 120 (V) ubi vid. Meinekii annotatio (coll. p. 106). Athen. p. 592 b. Theognost. can. p. 44, *Σμικρίων* Plat. Crat. p. 429 e. Boeckh. Urkunden p. 98 seq., *Σμικύθης* Arist. Eq. 965. Demosth. XIX 191. C. I. 102, 11, *Σμικύθος* Arist. Ach. 610. Eccl. 292. Demosth. XIX 191. Diod. XI 48. 66. Plut. mor. p. 177. C. I. 115, 22. 138, 23. 165, 40. 167, 4. 169, 56. 172, 20. 610. 611. 7878 aliis, *Σμικυθίων* Arist. Vesp. 401. Eccl. 46. com. gr. II p. 266 (I). Demosth. XXIII 169. Harpocr. et Suidas in v. C. I. 167, 22. iam cum de μικρός et σμικρός variante usu nunc fere ita conveniat, ut hoc Ionibus Atticisque vetustioribus placuisse magis statuatur, illud posterioribus, colligitur haud dubie in nominibus quoque paragogis hanc rationem valuisse. parum igitur sibi similem reddiderunt Herodotum, qui, cum σμικρός ubique vel iussu librorum vel iniussu vulgandum censerent rectissime (v. imprimis Bredov. quaest. de dial. Herod. p. 121), tamen VII 170 reliquerunt ὑπὸ *Μικύθου τοῦ Χοίρου* et ὁ δὲ *Μικύθος οὐκ ἐστὶν ἐών*. tacent quidem libri aut certe videntur tacere. sed fuit rationi in talibus rebus certissimae duci parendum. nec video quicquam sanae rationis, quapropter Pausaniae V 24, 6. 26, 3—6 novissimi editores abiecerint *Σμικύθος* formam et codicum diligenter aestimata auctoritate et editionum superiorum omnium exemplo satis defensam.

V.

Herod. IV 170 *Γιλιγαμμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἐσπέρης Ἀσβύται . . . 171 Ἀσβετίων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἐσπέρης Ἀσχίσαι οἵτιοι ὑπὲρ Βάρκης οὐκέουσι, κατήγοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ' Ἐδεσπερίδας. Ἀσχισέων δὲ κατὰ μέσον τῆς χώρας οὐκέουσι Κάβαλες ὀλίγον ἔθνος κτλ.* hic quod duorum librorum (*FK*), quibus omnino non multum tribuendum arbitror, praesertim ubi ab affinibus *MP* reliquisque suas sibi habent differentias, lectioni *Βάκαλες* praeter Nonni Dion. XIII 376 nihil suppetere commendationis putavi eamque ob causam in hoc nomine nolui a Bekkeri editione meam discedere, ita tamen ut lectorem

X. b.

non sinerem discrepantiae nescium: eius consilii, postquam altius in rem inquirendi obtulit se occasio, est profecto quod nunc me poeniteat. nam praeter Nonni versum *Ἀρχῆται Βάκαλές τε συνήλυδες*, in quo Graecus sive suum sive Wesselingii ad *Diod. III 49* iudicium secutus, certe iniussu librorum novavit *Κάβαλες*, etiam maius nunc demum didici praesidium paratum esse illi formae loco Herodiani *περὶ μόν. λξξ. p. 11, 20 Dind. p. 164 Lehrs.*, foede illo quidem librarii culpa divulso obscuratoque: *τὰ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα βαρύτερα ἔχοντα δισσὸν τὸ λ οὐ θέλει εἶναι οὐδέτερα . . . ψάλλος ἀγροϊώτας ἀπὸ λιβυκῶν ἀνδρωθένια δὲ τὸν ἀμφιθέμιν πλησιάσαι ταῖς νύμφαις, καὶ γεννῆσαι παῖδα μυρμαδιάναρ· αὐδακήνας· βυγάνμα· καλομάκαν ψύλλον, ἀφ' οὗ ψύλλοι τὸ ἔθνος.* libycarum inesse nationum recensum quendam eius similem, quem Herodotus composuit *IV 168 — 173*, primus acute suspicatus Cramerus a. 1832 *Mus. Philol. Cantabr. I p. 632* quam probabiliter idem literarum ductus in suum ordinem ac formam redegisset, egregio artis criticae exemplo apparuit, postquam Meinekius a. 1845 *diurn. antiq. p. 1064* illius successum ignorans eadem fere nomina coniectando restituit. horum coniuncta opera, quam praecierat aliqua ex parte Lobeckius *Aglaoph. p. 988*, factum ut is locus nunc omni vitio purgatus ita apud *Lehrsium p. 32* legatur: *Ψύλλος, Ἀγροϊώτας ἀ Λιβυκῶν· ἀνδρωθένια δὲ τὸν Ἀμφιθέμιν πλησιάσαι ταῖς νύμφαις καὶ γεννῆσαι παῖδας Ἀδυρμαχίδα, Ἀραραύκηλα, Ἀσβύταν, Βάκαλα, Μάκαν, Ψύλλον. ἀφ' οὗ Ψύλλοι τὸ ἔθνος.* tertius in eiusdem laudis partem qui veniebat Carolus Muellerus *fragm. hist. gr. IV p. 294*, cum et ipse operam scilicet novam collocaret in re quam nesciret pridem confectam, partim eadem quae superiores partim talia invenit, quae non carerent quidem veritatis aliqua specie, sed veritate ipsa reperta sponte ceciderunt. sed de *Βακάλων* nomine ne quid inde resideat dubitationis, quod *Μάκαλες* aut etiam *Μάκαλοι* literarum indicia possunt monstrare videri, primum dicendum eandem μ et β literarum confusionem satis crebram illam (v. *Bast. com. palaeogr. p. 708*) deprehendi *Ptolem. geogr. IV 7, 35* in aliquot libris *Μακαλίτην* pro reliquorum *Βακαλίτην* exhibentibus, quod editores recte interpretantur *Βακαλίταιν*: quam quidem regionem a Ptolemaeo in australis Libyae partibus collocatam non sine veri quadam specie ad hos ipsos Bacales revocaveris. deinde ut de declinandi simul ac scribendi ratione constet, percommode ascivit L. Dindorfius in *Thes. Paris. haec Choerobosci ad Theodos. p. 234 Goettl.*: *τινὲς δὲ ἠθέλησαν τὸ λ τελικὸν λέγειν τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων, ἐπειδὴ τὸ βάκαλ ἐρέθῃ κλινόμενον, οἷον ὁ βάκαλ, τοῦ βάκαλος, τῶ βάκαλι, τὸν βάκαλα καὶ οἱ βάκαλες, ὡς παρὰ Καλλιμάχου τέκνα σοὶ μὲν βάκαλες κτλ.* ceterum qui *Herod. IV 171. 172* cum his *Ptolemaei IV 5. 21* εἶτα ἔτι τούτων νοτιώτεροι *Ἀγγίλοι . . . μεθ' οὗς Νασαμῶνες καὶ Βακάται εἶτα Ἀδσχίται* contenderit, non dubitabit mecum *Βακάται* emendare: nam ad *Βάκαλες* progredi non est necesse. ac tantum de his. Herodiani autem locus sive admonet sive veniam parat, ut de *Asbytis* quaedam subtexam. admodum enim dubium, *Ἀσβύται* scriptura potior censenda sit an *Ἀσβύσται*. hanc in Herodoto *S* tuetur et *Aldina*, illam *Valla P* et *FKM*: nam quod tribus his *Ἀσόνται* inesse perhibetur, id recte observavit *Schweighaeuserus* haud secus esse ac si *Ἀσβύται* legeretur, propterea quod *vv* et *βv* syllabae saepe difficiles essent ad dignoscendum. cernis librorum suffragiis *Ἀσβύται* formam superiorem videri: cui ne poetarum quidem scriptorumque auctoritates desunt. *Verg. Aen. XII 362 huic comitem Asbyten coniecta cuspide mittit*, *Sil. It. II 56 Discinctos inter Libyas populosque bilingues Marmaricis audax in bella Oenotria signis Venerat Asbyte, proles Garamantis Iarbae*. *Ptolem. IV 4, 10 Wilbergius* edidit *Ἀσβύται* e libris, ut opinor, annotavit autem has varietates: *Ἀσβύται Pal. 1, Ἀσβήται ADS. Intpr., Ἀσόνται F*, quod vidit *Grashofius* ad *Ἀσβύται* spectare. *Plinii V 34* quod nunc editur *Asbystae*, in eo valuit *Harduini* exemplum, cum et libri quamvis vitiatii et *Solinus* eo congruant, ut *s* consonantem ante *t* diffiteantur. his iam adiungendus *Agroetas*, si quidem Herodiano testimonio pro scripturae pravitate satis recte in tantilla re credetur. at *Ἀσβύσται* forma quo paucioribus utitur inter Herodoteos libros patronis, eo plures

antestatur scriptores, qui sunt Callim. in Apoll. 76 Ἀσβυστίδι πάρεθρο γαίη, ubi schol. Ἀσβυστίδα δὲ τὴν λευκὴν λέγει παρὰ τὴν ἄσβεστον. Lycophr. 848 καὶ ἑσθρον Ἀσβύστιαο, 895 εὐχὰς δὲ δειμαίνοντες Ἀσβύστιαι. cf. utrobique Tzetzes et Bachmann. anecd. II p. 249, 11. Dionys. Perieg. 211 Ἀσβύστιαι δὲ ἐπὶ τοῖσι μετήπειροι τελέθουσι cum scholiis et paraphrasi, Priscian. Perieg. 195 *Asbystae post hos terrarum rura tenentes.* Nonnus Dionys. XIII 370 Λίδος Ἀσβύστιαο. Steph. Byz. Ἀσβύστια, πόλις Λιβύης. καὶ ὁ πολίτης Ἀσβύστης. οἷη τε Τρίτωνος ἐφ' ἕδασιν Ἀσβύστιαο. Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτη. recteque haud dubie Wesselingius in Hesychii notatione Ἀβυσσῆων ἔθνος latere vidit Ἀσβύστιαι, cum vel literarum ordo Ἀβυσσῆων poscat, quod nunc reposuit Mauricius Schmidt. Strabonis autem p. 131. Ἰβύλλου καὶ Νασαμῶνας καὶ τῶν Γαιτούλων τινάς, εἶτα Σίντας καὶ Βυζακίους μέχρι τῆς Καρχηδονίας, quamquam non sine ratione fecit Kramerus quod unius libri E lectionem εἰτ' Ἀσβύστιας recepit, propterea quod Σίντες sive Σίνται neque a Strabone usquam alibi neque ab aliis scriptoribus his in regionibus commemorarentur: tamen, ut omittam Asbystarum cum Byzaciis parum rectam copulationem, subtiliore lectionis inita ratione, reliquorum codicum εἰτασιντας certè potius ad εἰτ' Ἀσβύστιας quem ad εἰδ' Ἀσβύστιας spectare videtur. sibi enim quam facile potuerit in συν et σιν devenire, patet ex exemplis supra propositis. iam autem verendum hercle ne quibusdam subridiculus videar ineptusque apicum iudex, quando his tot verbis nihil aliud effectum appareat, nisi ut utramque formam suos habuisse fautores constet, Herodotus autem utram praetulerit tamdiu incertum fore, dum omnes libri suum quisque testimonium dixerint. sed tamen, ne plane inanis dimittatur disputatio, illud quidem e Vergilii Siliique versibus ac Ptolemaei codicibus discitur Ἀσβύστια in posterum scribendum esse, non Ἀσβύστια.

VI.

Vastum Persarum imperium quot et quas gentes complecteretur, Herodotus duplicem sibi paravit locum ubi certo ordine exponeret, unum cum praefectarum descriptionem tributorumque rationem enarraret a Dareo rege institutam (III 89 seqq.), alterum cum copiarum recensum explicaret a Xerxe habitum antequam Graeciam invaderet (VII 61 seqq.). nec vero utrobique aut easdem gentes enumeravit aut eodem plane consilio: qua de re suo loco vel expositum mihi est vel posthac exponetur. nunc autem de quarundam nationum nominibus commentabor, ut, quae adhuc in eis impediatur vel obscuritas vel varietas, eam coner emendando tollere. III 90 igitur e viginti praefecturis ea, quae secundum tenet locum, quinque populos continere dicitur: ἀπὸ δὲ Μυσῶν καὶ Ἀνδῶν καὶ Ἀσσονίων καὶ Καβαλίων καὶ Ὑγεννέων πεντακόσια τέλειαντα νομὸς δεῦτερος οὗτος. in quibus librorum fides sic variat: Ἀσσονίων SV, Ἀλυσονίων ABCF Ald. Valla. Ὑγεννέων] Ἀνθενέων SV, Ἀνθενέων Etonianus liber Wesselingio memoratus. VII porro 76. 77, post Thracas qui vocabantur Bithynos, enumerantur quae Badra duce gentes in unius tanquam corpus legionis coniunctae fuerint: 76 . . . ἀσπίδας δὲ ὀμοβοῖνας εἶχον σμικράς, καὶ προβόλους δύο λυκιοειγείας ἕκαστος εἶχε, ἐπὶ δὲ τῆσι κεφαλῆσι κράνεα χάλκεα πρὸς δὲ τοῖσι κράνεσι ὠτά τε καὶ κέρα προσην βοὸς χάλκεα, ἐπῆσαν δὲ καὶ λόφοι τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατελίχαστο. ἐν τοῖτοισι τοῖσι ἀνδράσι ἄρεος ἐστὶ χρηστήριον. 77 Καβηλέες δὲ οἱ Μηρόνες, Ἀσσόνιοι δὲ καλεῖμενοι, τὴν ἀντὴν Κίλιξιν εἶχον σκενὴν, τὴν ἐγὼ, ἐπεὶ κατὰ τὴν Κιλικίων τάξιν διεξιὼν γένομαι, τότε σημαίνω. Μιλύαι δὲ αἰγμάς τε βραχέας εἶχον καὶ εἴματα ἐνεπιπορήετο. εἶχον δὲ αὐτῶν τόξα μετεξέτεροι Ἀνία, περὶ δὲ τῆσι κεφαλῆσι ἐκ διφθερέων πεποιημένας κνήμας. τούτων πάντων ἦρχε Βάδρης ὁ Ὑσιάνεος. ad quae haec extat lectionum varietas, quae quidem ad hanc rem factura videatur: Καβηλέες] Καμηλέες SV. Ἀσσόνιοι SV Valla, Ἀσσόνιοι F, Ἀσσόνιοι B. plura insunt loco quae disceptationem desiderant, in quibus illud gravissimum, quod initio capitis 76 nomen populi excidisse primus intellexit Pauvius. ego eum

sequar disputandi ordinem, quae rei expediendae maxime convenire videatur. itaque primo loco de *Υγεννέων* nomine quaerendum est. Id cum nusquam alibi legi recte observassent Valckenarius et Wesselingius, difficultati ipsi minus feliciter tentarunt opitulari, ille cum pro *ΚΑΙΥΤΕΝΝΕΩΝ* antiquitus scriptum *ΚΑΛΕΥΜΕΝΩΝ* fuisse ratus verba in hanc speciem mutavit: *Λασόντων τῶν* (ut quod facile potuisset elidi) *καὶ Καβηλέων καλεμένων*, commotus maxime ut ita putaret loco sane consimili VII 77 *Καβηλέες δὲ οἱ Μηρίοι Λασόνιοι δὲ καλέμενοι*, quem tamen et ipsum nequaquam salvum esse infra docebo. Wesselingio autem in voce *Υγεννέων* a librariis scilicet corrupta *Ὀβιγενέων* latere memoria visa est, cuius praeterea apud unum Plinium V 147 vestigium invenisset *Lycaoniae partem Obigenem*, ubi nunc e melioribus libris editum est *Obizenem*. non perdam equidem operam obtrectando famae duumvirum praestantissimorum ac de Herodoto eximie meritorum, cum praesertim quae sibi invenisse videbantur, praeter Larcherum Obigenenses temere suscipientem, nemini probasse videam. ad ipsam autem veritatem aditum aperuit idem ille, quem supra sua laude impertivi, Cramerus Mus. Philol. Cantabr. I p. 633 seq. compositis cum Herodoto his locis: Steph. Byz. *Υτεννα, πόλις Λυκίας. ὁ οἰκῆτωρ Υτεννεύς*. Polyb. V 73 *Υτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τῆν ὑπὲρ Σίδης ὄρεινὴν κατοικοῦντες ὀκτακισχιλίους ὀπλίτας ἐπεμψαν*. Strabo p. 570 *τὸ μὲν οὖν πλεον αὐτῶν (sc. τῶν Πισιδῶν) μέρος τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου κατέχει, τινὲς δὲ καὶ ὑπὲρ Σίδης καὶ Ἀσπένδου Παμφυλικῶν πόλεων κατέχουσι γεώλοισι χωρία ἐλαιόφυτα πάντα, τὰ δ' ὑπὲρ τούτων ἤδη ὄρεινὰ Κατεννεῖς ὄμοιοι Σελγεῦσι καὶ Ὀμοναδεῦσι, Σαγαλασσεῖς δ' ἐπὶ τὰ ἐντὸς τὰ πρὸς τῆ Μιλιάδι*. quae commode cumulavit L. Dindorfus Thes. Paris. III p. 2123 numerorum testimoniis (v. Eckhel. d. n. III p. 11 seq. Mionnet *Descr.* III p. 455), quorum unus inscriptum habet *ET. ETEN*, reliqui *ETENNEΩΝ*. populum Pisidicum dici eundem quamvis varia nominis specie quominus statuam, non prohibeor Stephani unius de regione oppidi dissensu, nec prohiberi se patientur mecum, qui et fidem recte aestiment epitomatoris, in geographicis praesertim nullo suo iudicio auctoribus quibusque singulis locis auscultantis, et de illarum Asiae regionum descriptione quantae sint apud scriptores turbae ac confusiones usu didicerint. conferantur tamen, utriusque rei ne omnino exempla omittam, Steph. p. 441 v. *Μελανίπιον*, 615 v. *Τένεδος*, 627 v. *Τλώς*, 661 v. *Φελλός*, et Strabo p. 628 seq. ac veri simile est compilasse illum, ut saepissime alias, Hecataeum. ipsum autem nomen ad unam quandam speciem revocare velle, id vero nimis fuerit temerarium: quippe quod temporum decursu aliquantum a primitiva forma aut sponte degenerasse, sui tamen ut similitudinem retineret, aut etiam ab ipsis Pisidis, quod posset a suis turpitudine ductum videri, submutatum esse hoc facilius credatur, quod consimile quid in Hyromensium nomine accidisse infra narrabo. quapropter in Herodoto quidem eam praeter ceteras formam probaverim, ad quam diversae lectiones tanquam ad caput ac fontem commode revocari possint, quam apparet esse *Υγεννέων*. iam idem nomen mea quidem opinio fert ut initio c. 76 cum nonnullis verbis, quibus armaturae vestitusque reliquae partes describerentur, casu aliquo interisse arbitrer. neque enim potuit cuiquam Wesselingius persuadere 'divinationem' suam, quam ipse dixit caute ac modeste 'incertissimam', *Χαλύβων* eo loco armaturae genus exposuisse Herodotum. repugnant Chalybum sedes a Cabalensibus Milyisque, quibuscum coniuncte illos vult militasse, vasto terrarum hiatu disterminatae, nec licet quicquam cum illo praesidii coniecturae hinc admoveri, quod Martis oraculum apud istos *ἄνωνίμωνος* fuisse tanquam rem raritate insignem addit Herodotus, nisi quis forte ad demonstrandum satis esse largiatur, quod Chalybem fuisse Martis subolem ignotus quis poeta finxit haud invenuste (schol. Apoll. Rh. II 374). nec concinunt cum Herodoteis ea quae Xenophon de Chalybum armatura narravit testis oculatus Anab. IV 7 15. nos vero ut de Hyttenensibus potissimum dictum fuisse putemus, duae inprimis movent causae. exercitum enim Persicum quando ita a Xerxe fuisse compositum atque ordinatum accepimus ut, quae gentes sive stirpis affinitate sive finium vicinitate ipsius

quodam modo naturae vinculis maxime coniunctae viderentur, singulorum ducum comprehenderentur imperiis: sequitur Cabalensibus Milyisque eum populum adgregatum fuisse, qui ab illis non ita multum esset aut sedibus aut genere separatus. atqui ex illo Asiae tractu hae fuisse in exercitu gentes memorantur, Phrygēs Lydi Mysi (VII 73. 74), Cilices Pamphyli Lycii Cares (VII 91. 92): desunt uni Pisidae. nec dubitarem ego horum nomine lacunam complere, nisi eosdem viderem III 90 item omitti. at illic, eaque iam est altera ratio cui parendum censeam, consociati unius praefecturae ambitu dicuntur Lasonii Cabalenses Hytenses: quorum cum priores duos commemorasset Herodotus sub Persis militantes, postremos quominus ne nominaret quidem nihil plane causae fuit. Pisidae autem duos populos potius quam universam gentem enumerari non ideo existimo, quod singuli eius regionis populi Herodoti tempore nondum Pisidarum communi appellatione continerentur, etsi apud Xenophontem illa frequentatur primum, verum quia, uti postera aetate (Xen. Anab. I 1, 11. II 5, 13. III 2, 23), sic iam tum Pisidarum natio, praeter Lasonios et Hytenses, Persarum imperium obstinate detrectasse videntur. de Martis autem oraculo omnique cultu non videtur quicquam traditum esse, praeterquam quod apud Prostramenses sive Prostrannenses et Selgenses Pisidae civitates eum deum aliquo in honore fuisse concludi licet e nummorum signis (Eckhel. d. n. III p. 21. 25). venio ad Lasonios et Cabalenses. horum priores probe perspexit Cramerus Mus. Philol. Cant. I p. 634 non diversos fuisse videri ab incolis oppidi, quod a Ptolemaeo V 5, 5 *Ασινίας* nomine inter oppida *Φρυγίας* quae vocabatur *Πισιδίας* numeratum, a Polybio autem XXII 19 et Livio XXXVIII 15 nomine ad *Ἀρσινόης Νινός Μερός* similitudinem paulum demutato *Ασινόη* appellatum est. sed Ptolemaei fidem confirmat nummus eius civitatis *Ασινίων* inscriptus (Mionnet *Suppl.* VII p. 120). nec differt magnopere Hieroclis p. 680 *Ασήναρα*, ubi haec est Wesselingii annotatio: '*Ασινίαν* Ptolemaei esse ne dubita nam et reliquae Notitiae urbem agnoscunt, et Theodotus *Ασινίων* p. 402 in Chalced. Conc. p. 402, sive *Lysiniensis*, ut in Synodica ad Leonem Imp. Epistola, memoratur.' in *Ασήναρα* haud aegre concedo η revocandum esse ad pronuntiandi errorem, in *αρα* vero agnosco analogiam multorum illius terrae oppidorum, quorum nomina pari modo exhibant, ut *Κύδραρα Λάβαρα Μάρμαρα Πάταρα Πίναρα Πολύαρα Τέμερα Τέρμερα*. ut *Ασινίους* fuisse populi, *Ασίναρα* nomen oppidi antiquum credibile fiat. idcirco autem haec accuratius exposui, quia et ipsi Herodoto reddendos esse *Ασινίους* vehementer suadent scripturae diversitates *Λασόνιοι Ἀλυσόνιοι Λασίνιοι Λασύνιοι*. probabilius etiam effici potest, librorum in *Καβηλέες* et *Καβάλιοι* discidium ita componi oportere, ut *Καβάλιοι* dehinc ex Herodoto proturbentur. quid rectum sit uno verbo indicavit Larcherus, cum ionici sermonis indolem η postulare pro α monuit. *Κάβαλις* enim, unde processit *Καβαλεύς* (Steph. Byz. *Νάρμαλις, πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις. οἱ πολῖται Ναρβαλεῖς ὡς Καβαλεῖς, ὡς Ἐφορός φησιν, et Καβαλίς, πόλις πλησίον Κιβύρας, πρὸς νότον Μαιάνδρον . . ὁ πολίτης Καβαλεύς. Ἐκαταῖος Ἀσία*, ubi Meinekius *Καβαλεύς* intellexit non ab *Καβαλίς* sed ab alia forma, velut ab *Κάβαλα*, repetendum esse, Lobeckius autem proleg. p. 96, 30 *Κάβαλις* reduci iussit), *Κάβαλις* igitur a themate *ΚΑΒ* in illis terris non paucorum nominum parente (velut *Καβησσός* sive *Κάβησα, Καβήνη, Καβήλειος, Κανίνδανα, Καῦνος, Κανιστρος, Κάβδηρος, Κεβρήνη*) productum est *αλις* terminatione, quae longam habet α vocalem (v. Lobeck. l. d.). *αλις* autem prorsus eodem iure is, qui ionice loqueretur, potuit, immo debuit per η efferre, quo *ασσος* loco constanti Ionum usu dictum est *ησσος*, velut, de plurimis ut pauca decerpam notiora, *Ἀλικαρνησσός Αυρηνησσός Μυκαλησσός Τελημησσός* (cf. Bredov. de dial. Herod. p. 125). nec paucis apparet eam terminationem sive *αλις* sive *ηλις*, de cuius origine videas Steph. Byz. p. 66, 14. 649, 2 Mein., nominibus Caricis Lycii Pisidicis generandis inservisse, qualia sunt *Πισίνδηλις Φάσηλις Πεδνηλισσός Νάρμαλις*. quae etiam in *ηλα* sive *αλα* aut *ηλος* sive *αλος* abisse in nonnullis videtur, velut *Υδρηλα Φάρσαλος Σώβαλα Τρανάλα Ὑλλοάλα*. ac forsitan huc aliquo modo pertineat Hesychii glossema

κάβηλος, ὁ ἀπεισκολυμμένος τὸ αἰδοῖον· οἱ δὲ ὄνομα. sed de formis nominum hactenus. progrediar ad verba Καβηλέες δὲ οἱ Μηῖνες Λυσίνιοι δὲ καλεῖμενοι, quae vel ex eis, quae adhuc dicta sunt, liquet aliqua ex parte vitiosa esse, si quidem nimis esset inconstantis aut incuriosi scriptoris talia ponere de his populis, quos superiore loco (III 90) iuxta se collocasset ut diversos ac tributum tantum societate coniunctos, nec tamen quamvis varia tentanti certa mihi reperta est ulla medendi ratio aut saltem corruptelam plane detegendi. impedit enim illud quoque quod Cabalensium origo ad Maeones videtur referri, cum contra Strabo p. 630 seq. Cabalenses quidem ad Homeri Solymos revocet, regionem vero de illis nominatam postea a Lydis occupatam narret, unde Cibyrateae oriundi fuerint, post Lydos a Pisidis obsessam. quae si ita fuerint, Herodotum Cabalenses confudisse errore sequitur cum Cibyrtis, quae opulentissima diu fuit Pisidarum civitas (Strabo p. 631). Lydos enim, Cibyrtarum maiores, antiquitus Maeonum nomine usos esse ipse auctor est I 7. VII 74. nec satisfacit Larcheri coniectura Καβηλέες δὲ καὶ οἱ Μηῖνες (Μηῖνες) nimis levibus, ut plurima illius hominis, argumentis fundata. mihi quid prae aliis quamvis dubitanti placeat si proloquendi venia sit, Lysiniorum nomen suam olim sedem habuisse videtur cum Hyttenensibus initio capituli 76, illinc autem postquam aliquo casu una cum compluribus verbis elisum esset, in hunc locum delatum expulisse quod initio legebatur Κιβυρῆται. hoc certe si ita esse credetur, et Lysinii a Cabalensium importuna societate segregabuntur, et quae de horum originibus significantur cum rei veritate, cuius auctorem habemus Strabonem, facilius conciliari possint.

VII.

Herod. IX 93 ἐστὶ ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ ταύτῃ (sc. τῇ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) ἰσὰ ἡλίον πρόβατα, τὰ τὰς μὲν ἡμέρας βόσκειται παρὰ ποταμὸν ὃς ἐκ Λάκμωνος οὐρεος ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρας εἰς θάλασσαν παρ' Ὀρικὸν λιμένα, τὰς δὲ νύκτας ἀραιρημένοι ἄνδρες οἱ πλοῦτω τε καὶ γένει δοκιμώτατοι τῶν ἄστων, οἷοι φιλιάσσουσι ἐνιαυτὸν ἑκάστον· περὶ πολλοῦ γὰρ δὴ ποιῶνται Ἀπολλωνίται τὰ πρόβατα ταῦτα ἐκ Θεοπροπίου τινός. ἐν δὲ ἀντηρῶ ἀλλίζονται ἀπὸ τῆς πόλιος ἑκάς. ἐνθα δὲ τότε ὁ Εὐθύριος οὗτος ἀραιρημένος ἐφύλασσε κτλ. miror locum non unam ob causam impeditum ac suspectum ab editoribus interpretibusque paene intactum adhuc dimissum esse neque ullo suspicionis signo notatum. ego quid vel haesitet animus meus vel requirat, ad verborum ordinem brevi docebo. flumen, ad cuius ripas grex Apollinī sacer pasci dicitur, sive ovium illum sive bouum mavis interpretari, — utrumque enim per vocabuli προβάτων ambiguitatem licet —, Aoum intellegi cum suspicatus esset Wesselingius, optimo iure oblocutus est Poppo ad Thucyd. I 2 p. 129. Aoum enim, quem quidem variata aliquantum forma inde ab Hecataeo erant qui Αἰάνια vocarent, aut mediam per Apolloniam aut certe exiguo ab illa intervallo in mare defluxisse testantur veteres. Hecataeus ap. Strabon. p. 271 τὸν δὲ Αἰάνια εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς ὄρεον ῥέειν, Scylac. 26 ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν (Ἀπολλωνίαν), Polyb. V 110 τὸν Ἀῶνον ποταμὸν ὃς ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολλωνιαίων πόλιν, Strabo p. 316 ὁ Ἀῶνος (incerta enim accentus ratio) ἐστὶ ἢ Ἀπολλωνία . . . τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχονσα σταδίων δέκα. Conon. narr. 30, qui compilavit Herodoti narrationem, nonnulla autem quo furtum tutius lateret de suo mutavit, καὶ ἡ Ἀπολλωνία πόλις Ἑλλάς ἐστὶν ἐν τῇ Ἰλλυριῶν γῆ, κείνη δ' ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ποταμὸς Αῶνος (leg. Ἀῶνος) διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων εἰς τὸ Ἰόνιον ἐκβάλλει πέλαγος. Mela II 9, 163 Aetas secundum Apolloniam (emittitur). at quod tandem esset flumen quod praeter Oricum effundi diceret Herodotus, non quisquam magis quod sciam quaesivit, quam causam invenit, quapropter eius nomen a scriptore reticere crederemus. nec enim aut Herodotei est moris aut quicumque diligentius in rebus enarrandis versari consueverit, ut eius ipsius rei, quam accurate descriperit, nomen omittat: quod quam sit lectoris intellectui periculosum vel hoc ipso exemplo demonstratur,

quo hominem ingentis doctrinae turpi lapsum errore vidimus. fuit praeterea de *Λάκμωνος* et declinatione nominis et situ montis aliquanto diligentius exponendum, nec vero silentio praetermittendum, quam ratione aut tuenda essent aut corrigenda ista *διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρας*, quorum loco, sive sermonis usum legemque audis, *διὰ τῆς Ἀπολλωνιήτιδος χώρας* (cf. Pseudo-Arist. mir. ausc. 34 *περὶ Ἀιτανίαν πρὸς τοῖς ὄρεισις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος*), sive etiam nunc quis de Aoo cogitandum opinetur, non possit non concedere *διὰ τῆς Ἀπολλωνίης πόλιος* scribendum fuisse. equidem *Ἀπολλωνίη χώρα* graece dici posse pro eo, quod et ratio et usus probant *Ἀπολλωνιῆτις χ.* (cf. Bredov. de dial. Her. p. 270), tum incipiam mihi persuadere, ubi certis exemplis edoctus ero. quamquam hanc quidem quae videtur maculam non vererem *Ἀπολλωνίην* leniter mutando in *Ἀπολλωνιῆτιν* duarum literarum incremento obducere, nisi in viam hinc longe deducentem vocarent verba paucissima Theognosti can. p. 131 de monosyllaborum in *ων* desinentium ita praecipientis: *τὰ εἰς ὦν μονοσύλλαβα ἐπὶ ἀρσενικοῦ ἢ θηλυκοῦ γένους διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφει τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς· οἷον κλών κλωνός, πρῶν πρωνός, χῶν χωνός, ὄνομα ποταμοῦ, ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἡπειρος Χωνία παρὰ Ἡροδότῳ.* tetigit haec Lobeckius paralip. p. 73: at qui de Herodoti mentione rem ea qua decebat diligentia cognoverit, invenio neminem. nam Cramerus quidem Theognosti editor, cum neque Chonis neque Choniae ullum extare vestigium in Herodoti, quales nunc habentur, libris vel indicum auxilio constaret, rei difficultatem amovere conatus est (anecd. Oxon. II p. 521 in catalogo auctorum) eo artificio, quod haud paucis locis et necessarium et salutare usu cognitum est, scilicet ut pro *Ἡροδότῳ* legi iuberet *Ἡροδώρῳ*, quem Brysonis patrem Socratisque aequalem, eum quem praeter alia de Hercule et de Argonautis praecipue fabularum libros conscripsisse traditum est (v. Müller. fragm. hist. gr. II p. 27), an grammaticum aetate illo multo inferiorem intellectum vellet, reliquit in incerto. hunc si voluit, non magis caute egit quam cum anecd. Paris. III p. 33, 29, 58, 8 pro *Ἡρόδοτος* poni suaderet *Ἡρωδιανός* et *Ἡρόδωρος*. namque de Herodoro quidem grammatico post Valckenarii opusc. II p. 151 seq. Ritschellii alex. Bibl. p. 143 seqq. disputationes res admodum dubia atque suspecta est: de Herodoto autem grammatico, licet certum sit illius nomen non raro in Herodiani locum subrepsisse, testimoniorum tamen tantus est numerus, ut eum nullum omnino fuisse credi vix possit. sed hunc quidem a Theognosto respici negant verba *παρὰ Ἡροδότῳ*, quae de vetusti scriptoris auctoritate, non de praecepto grammatici usurpari posse consentaneum est. qui denique unus reliquus est antiquus ille Herodorus historicus, huius quidem multo saepius nomen quam putares in *Ἡρόδοτον* cessit, id quod Muelleri thesaurum inspicienti statim apparet: sed vide quo processura sit mutandi temeritas, si id, quod saepenumero accidisse concedatur, continuo ad eos etiam locos transtuleris quibus nihil praeterea, unde res diiudicetur, adhiberi possit. nec ausus est Muellerus hinc quicquam Herodoro vindicare. quod eo prudentius fecit, quod a grammaticis ille nusquam, ni fallor, ad loquendi usum exquirendum advocatus est testaturus. itaque meo mihi iure, donec dedocentur peritiores, videor uti, cum Theognosti verba praeclare facere contendo ad locum Herodoti, cuius vulnera supra aperui, persanandum. quem ita in suam speciem refinxerim: *παρὰ Χῶνα ποταμὸν ὃς ἐκ Λάκμωνος οὐρεος ῥέει διὰ τῆς Χωνίης χώρας ἐς Ὀρικὸν λιμένα.* superest ut et Choniae regionis mentio quam recte huc illata sit ostendam, et de Lacmonis montis nomine paucis exponam. *Χῶνες* igitur et *Χωνίη* sive *Χώνη* (v. Kramer. ad Strab. p. 255. 654, Steph. Byz. in v. *Χώνη*) nomina cum a ceteris de vetusta gente Oenotriae eiusque sedibus usurparentur, Herodotus, quatenus nunc explorari potest, solus ad Epiri gentem a Cerauniis montibus meridiem versus colente transtulit, quae eadem a reliquis scriptoribus *Χάονες* sive *Χαόνες* (cf. G. Dindorf. in Thes. Paris. s. v.), terra autem *Χαονία* appellari solebat. Oricus autem portus cum in confiniis Chaonum et Amantidum (sive Abantidum) situs esset, alii eum ad Chaoniam pertinere alii ad Amantida voluerunt (v. Ptolem. geogr. III 14, 2. Steph. Byz. v. *Ἀβανίς* et *Ἀμανία*). hunc tractum Apolloniatas occupavisse priscis quibusdam temporibus auctor est Pausanias V 22

ταῦτά ἐστιν ἔργα μὲν *Λυκίου τοῦ Μύρωνος*, Ἀπολλωνιάται δὲ ἀνέθηκαν οἱ ἐν τῷ Ἰονίῳ. καὶ δὴ καὶ ἐλεγείον γράμμασιν ἐσιν ἀρχαίοις ὑπὸ τοῦ *Διὸς τοῖς ποσὶ*.

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακίμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ὄκισ' ἀκερσεκόμας.

Οὐ γὰρ τέρμαθ' ἐλόντες Ἀβανίδος ἐνθάδε ταῦτα
Ἔστασαν σὺν θεοῖς ἐκ Θρόνιον δεκάταν.

ἡ δὲ Ἀβανίς καλουμένη χώρα καὶ πόλισμα ἐν αὐτῇ Θρόνιον τῆς Θεσπρωίδος ἦσαν Ἠπίερον κατὰ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια κτλ. cum quibus conferas Scymn. Ch. 439 seqq. Mein. videtur autem solis cultus, de quo Herodotus tradit, antiquitus floruisse in ea regione atque ad Apolloniatas velut hereditate a Chaonibus cum ipsa terra translatus esse (Pausan. X 12 Φαεννίς δὲ θυγάτηρ βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χάοσι καὶ αἱ Πέλειαι παρὰ Λωδωναίοις ἐμαντεύσαντο μὲν ἐκ θεοῦ καὶ αὐταὶ κτλ.), ac possunt fortasse hinc aliquo modo illustrari quae satis obscura leguntur apud Eustath. ad Od. p. 1717, 45 (= p. 482, 10): Ἡρόδοτος δὲ ἱστορεῖ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ἱερὰ εἶναι ἡλίου πρόβατα περὶ πολλοῦ ὄντα τοῖς ἐκεῖ Ἀπολλωνιάταις οἷς ἀπὸ τόπου τὸ ὄνομα. quousque denique etiam post Herodoti aetatem Apolloniatium ditio porrecta fuerit, indicant hi loci: Pseudo-Arist. mir. ausc. 34 περὶ Ἀιτανίαν πρὸς τοῖς ὄρεσι τῆς Ἀπολλωνιάτιδος, Caes. b. c. III 13 Caesar castra ad flumen Arsum ponit in finibus Apolloniatium. — De Lacmone autem sive Lacmo monte haec reperio. Strabo. p. 271 ἤξει γὰρ (ὁ Ἰναχος) ἀπ' ἄκρας Πίνδου φησὶν ὁ Σοφοκλῆς Λάκμον εἶ ἀπὸ Περραιβῶν. . . . βελίων δ' Ἐκαταῖος, ὃς φησὶ τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἰναχον ἐκ τοῦ Λάκμου (?) ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ἤξει κτλ., p. 316 τὸν δὲ Ἄωον Αἴαντα καλεῖ Ἐκαταῖος καὶ φησὶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου τοῦ περὶ Λάκμον (πρὸς ἐσπέραν ῥεῖν). Steph. Byz. Λάκμων, ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἰναχος καὶ Αἴας ἤξει ποταμός, ὡς Ἐκαταῖος ἐν πρώτῳ. ἐστὶ δὲ παρώνυμον ὡς ἀπὸ τοῦ Λάκμος. τὸ ἐθνικὸν Λακμώνιος. Lycophr. 1020 Λακμώνιον πίνοντες Αἴαντος ῥοάς, 1389 Λακμώνιοί τε καὶ Κυτιναῖοι Κόδροι, ubi schol. Λακμών δὲ ὄρος Περραιβίας et Περραιβὸς ἀπὸ ὄρους Λακμώνος. Arcad. p. 58 τὰ εἰς μὸς ἔχοντα πρὸ τοῦ μ τὸ κ σπάνια μὲν εἰσι καὶ βαρύνεται, οἷον λάκμος δέκμος. Theogn. p. 35 τὰ εἰς μων ἔχοντα πρὸ τοῦ μ σύμφωνον κατὰ σύλληψιν τρέπει τὸ ω. Λάκμων Λάκμονος, ἡ κορυφὴ τοῦ ὄρους, κάρθμων κάρθμονος, κτλ. τὰ τε κῆρια αὐτῶν καὶ τὰ προσηγορικά. quibuscum connectenda sunt Zonarae p. 1284 Λάκμων ἡ κορυφὴ τοῦ ὄρους. nam quod Tittmannus eiusdem haec p. 1289 Λαμώνιον ὄνομα ὄρους corrigendo Λακμώνιον eodem retulit, nil ego moror. e reliquis iam quae esse inter ὠνος et ονος flectendi modos. cum vero Herodotei libri CFS id est triplicis singuli stirpis Λάκμονος tutentur, facere nequeo quin grammatici periti ac diligentis Herodianique fere auctoritatem secuti obediendum praecepto censeam. quodsi quae adhuc disputata sunt non sine probabilitatis certis argumentis conclusa videntur, non est tamen improbo silentio dissimulandum, Chonem fluvium, quem denuo tandem quasi produximus e tenebris, longinquo cursu a Lacmone monte originem ducere, at anniculum illum, quem Oricum praeterfluentem monstrant geographorum tabulae, exigui esse alvei brevique a fonte spatio mare attingere. nolo nec aliis nec mihi imponere speciosis eum dubitationis scrupulum argumentis coniecturisve amollendo. possit cui de alio quodam Lacmone in mentem venire propius a mari in Chaonum finibus sito, in eamque hariolationem Theognosti Zonaraeque interpretamentis abuti ac λάκμον aut λάκμονος suspicari vocabulo nimirum barbaro montium omnino altissima designata fuisse. equidem abstineo. scriptoris ipsius — pace dixerim quorundam — error est. quicquid enim tentabis, sive ut mecum Choni flumini patrociner sive ad Aoum ut trepidum referas pedem, neque Aous recte dicetur Oricum praeterfluere neque, quodlibet statuatur flumen Orico vicinum in mare decurrere, poterit eiusdem caput a Lacmone usque repeti.

VIII.

Praeclarum rei criticae adiumentum continetur ipsorum veterum testimoniis, quibus scriptorum nostra opera ad genuinum quatenus licet reducendorum nitorem vel verba ipsa referantur vel perspicue significantur. quorum cum duplex sit genus, alterum eorum, quae grammaticorum praeceptis et observationibus insunt, alterum autem existat ubi scriptoris ab alio scriptore arcessuntur verba ut aut comprobent aliquid aut ipsa reprobentur: illud omnium fere est certissimum diligentissimeque quoad potest fieri editoribus exhauriendum, hoc non paucas habet cautiones, propterea maxime quod vel optimis temporibus librorum exempla operarum erroribus multifariam deformata in vulgari usu fuisse et suspicione facile assequimur et luculentis quibusdam testimoniis exquisitum habemus. qua de re post Lehrsium Aristarch. p. 366 seqq. Cobetum orat. de arte interpret. p. 53 seqq. et molestum et inutile est plura iactare. sed eius loci praecipua quaedam pars ad Herodotum pertinet. cuius libros iam altero post Christum saeculo a sua integritate ac tanquam castitate nonnihil descivisse variasque concepisse mendorum maculas, sat idoneus testis fidem facit Alexander Cotyaënsis grammaticus, de cuius vita ac studiis singularem composuit commentarium Lehrsium quaest. epic. p. 8 seqq., apud Porphyrr. quaest. Hom. 8: ἐν τοῖς Φιλήμονος συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ γραμματικὸς διαλεγόμενος πειρᾶται καὶ Ὀμηρικὰ τινα σαφηνίζειν, οὐδὲν δὲ χεῖρον καὶ τὸν Ἡρόδοτον φιλοῦντί σοι τὴν πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς ἀναγράψαι ζήτησιν. φησὶ γὰρ ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος τῶν ἱστοριῶν περὶ Κροίσου τοῦ Ἀυδοῦ πολλά τε ἄλλα διείλεκται καὶ δὴ καὶ ὅτι Θεοσεβείατος τε γένοιτο καὶ διαπρεπῶς τιμήσειε τὰ Ἑλληνικὰ μαντιῶνα τὰ ἐν Λελοῖσι, τὰ ἐν Θήβαις, τὸ τοῦ Ἀμμωνος, τὸ τοῦ Ἀμφιαράου. τοῦτων μὲν δὴ ἄλλοις ἄλλα πέμψαι δοῦρα. ἀνέθηκε δὲ τινα καὶ ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων (I 92). καὶ γέγραπται δὴ κατὰ πάντα ἀπλῶς τὰ ἀντίγραφα τὸ τῆς ἄρθρον σὺν τῷ ἰῶτα ἰσοδυναμοῦν τῷ ταῖς. (nempe scribebatur THCI omisso ἰῶτα adscripto ut saepissime in papyris Herculanensibus', Cobet. l. l. p. 54) οὐδένα γε μὴν Ἑλλήνων ὑπομῆναι θηλυκῶς τὰς Βραγχίδας ἂν εἰπεῖν. Ἡρόδοτον δὲ μᾶλλον ἂν ἐτέρων φησὶ ἀναγράφειν, ἀκριβῆ τε ὄντα περὶ τὰ ὀνόματα καὶ πάνυ ἐπιεικῶς φρονιστικόν. τοῦτο δὲ θεραπεύων τις (sc. Κοτναεὺς Ἀλέξανδρος, cuius paulo post occurrit nomen) οὐχ Ἡροδοτὸν φησὶν ἀμαρτήματα γεγονέναι, μᾶλλον δὲ τὸν γραφεὴ φησὶ διαμαρτεῖν παρεμβάλλοντα τὸ ἰῶτα. πολλά δὲ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἀμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδοτὸν συγγραφήν καὶ ἐν τῇ Θουκυδίδου καὶ Φιλίστου καὶ τῶν ἄλλων ἀξιολόγων συγγραφέων. . . ἐπανάγωμεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρόδοτον καὶ τὸν διορθωτὴν τὸν Κοτναεὺς Ἀλέξανδρον. ἤξιόν γὰρ ὁ ἀνὴρ γράφειν (ἀντὶ τοῦ supplet Cobetus) τῇσι Μιλησίων χωρὶς τοῦ ἰῶτα τῆς Μιλησίων, ὑποκειμένης (ὑπακονομένης corr. Cobet.) ἔξωθεν χώρης ἢ γῆς. καὶ ἐγὼ δὲ φησὶν ἐπειθόμην οὕτως ἔχειν τὰ τῆς γραφῆς, τὸν δ' ἀνδρα τῆς ἀκριβοῦς συνέσεως εἰσθανμάζειν, (εἴτ' add. Cobet.) ἐντεχνῶν τοῖς Ἡροδοτείοις αὐτοῖς ἔπεισι καὶ γενόμενος ἐπὶ τέλει τῆς Αἰγυπτιακῆς βίβλου, ἥτις ἐστὶ δευτέρω τῇ τάξει, εὗρισκω πάλιν κατὰ τὴν αἰτιατικὴν πτώσιν εἰπόντα τὸν Ἡρόδοτον ἀνέθηκε εἰς (leg. ἐς) Βραγχίδας τὰς Μιλησίων (II 159). οὐκέτι οὖν ὄμην ἀμαρτήματα εἶναι γραφικόν, Ἰωνικὸν δὲ μᾶλλον ἰδίωμα. πολλά γὰρ οὕτοι τῶν ὀνομάτων χείρονσι θηλυκῶς ἐκφέροντες. quamquam de ipsa ista quaestiuncula, quam homines grammaticos olim exercuisse docemur, ne nunc quidem inter eos, qui eandem hodie artem profitentur, plane convenit. et Alexandri quidem conatus se probavit Schweighausero ac G. Dindorfio in Thes. Paris.: parum merito. ita enim si voluit Herodotus, pro suo ceterorumque more debebat scribere τῆς Μιλησίων, non τῆς Μιλησίων (cf. Pausan. VII 5, 4 τὸ τε ἐν Βραγχίδαις τῆς Μιλησίων καὶ ἐν Κλάρῳ τῇ Κολοφωνίων). Reiskius quod olim postulavit editoribusque persuasit τοῖς Μιλησίων et τοὺς Μ., egregie confirmavit liber Sanroftianus qui II 159 τοὺς tenet. quo enim genere talia oppidorum nomina efferenda essent, qualia sunt Βραγχίδαί Οἰνιάδαι

Πασαργάδαι Βύβαι, Ἀμφίδολοι Λελθοί Θούριοι Λεοντίνοι Λίνδιοι Λόχοι Σητοί Φανοτεῖς Χαλκήτορες, inter grammaticos disceptatum olim fuisse, colligi potest e Steph. Byz. v. Πασαργάδαι, πόλις Περσική, Θηλυκῶς. Λιότιμος ἐν ἐξηκοστῷ πέμπτῳ παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων παραιθέμενος Ἀναξιμένην ἐν μεταλλαγαῖς βασιλέων οὕτω γράφοντα ἡ τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισεν ὁ Κύρος . . . Ἀπολλώδορος δὲ ἀρσενικῶς φησιν. ἔοικε δὲ ἀρσενικῶς καὶ Θηλυκῶς εἰρησθαι κτλ. cf. eiusd. v. Πολήσιοι. scriptores eam difficultatem, ni fallit me observatio, fere ita declinarunt ut, quod in nomine proprio plerumque licuit, articulum non adderent. ratio quid flagitet, licet dubitare: ingenium veterum linguarum quid tulerit, Latinorum aperit consuetudo. sed illuc unde profectus sum ut me referam, videtur operae fore pretium complures alios locos congestisse, quibus sat vetustos scriptorum vitiatissimis libris usos atque etiam deceptos nonnunquam esse comprobari possit. quorum in numero non habeo tales, qui negligentiam potius festinationemque ipsorum auctorum quam chartarum unde hauserint pravitatem manifestent, ut Diod. XVI 56 τὰς γὰρ ἀνατεθείσας ὑπὸ Κροίσου τοῦ Ἀυθῶν βασιλέως χρυσᾶς πλίνθους οὐσας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διταλάντους κατέκοψεν. at Herodotus I 50, a quo sua ille sumpsit, ἀριθμὸν δὲ ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατόν: qui quanto fidelius veritatem rei tradiderit, insigni ac prope unico exemplo non opinando coniectandove existimatur, verum certae rationis necessitate demonstratur eis quae ad illum locum et annotavi et appinxi. Athenaeus vero p. 486d, postquam Didymum grammaticum iure reprehendit Pseudo-Demosthenis adv. Timoth. 31 φιάλας λυκιοεργεῖς a Lycio quodam artifice potius quam a gente Lyciorum repetentem, pergit ita: ἀγνοεῖ δ' ὁ γραμματικὸς ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἂν τις εὔροι γινόμενον ἀλλ' ἀπὸ πόλεων ἢ ἐθνῶν. Ἀριστοφάνης τε γὰρ ἐν Εἰρήνῃ φησί: τὸ δὲ πλοῖον ἔσται ναξιουργεῖς κἀνθαρος. Κριτίας δ' ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ κλίνη μιλησιουργεῖς καὶ δίφρος μιλησιουργεῖς κλίνη χιοιουργεῖς καὶ τράπεζα ἡριοιουργεῖς. Ἡρόδοτος τε ἐν τῇ ἐβδόμῃ φησί: προβόλους δύο λυκιοεργεῖς. μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡρόδοτῳ, ὡς καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει, γραπτέον λυκιοεργεῖς, ἵν' ἀκούηται τὰ ἐν Ἀνκίᾳ εἰργασμένα. quem ad modum nunc editum est tum propter Athenaei praescriptum, tum quia paulo post similiter ab Herodoto commemorantur τὸξα Λύκια. at eiusdem p. 43 c Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ τὸν Ὑπανίον φησιν ἀπὸ μὲν τῶν πηγῶν φερόμενον ἐπὶ πέντε ἡμέρας βραχὺν εἶναι καὶ γλυκύν, μετὰ δὲ ἄλλων τεσσάρων ἡμερῶν πλόον πικρὸν γίνεσθαι ἐκδιδοῦσης εἰς αὐτὸν κρήνης τινὸς πικρᾶς tam vehementer differunt ab ipsis Herodoteis, qualia quidem traduntur, IV 52 ἐκ ταύτης ὡν (sc. τῆς λίμνης) ἀνατέλλον ὁ Ὑπανίος ποταμὸς ἔχει ἐπὶ μὲν πέντε ἡμερῶν πλόον βραχὺς καὶ γλυκὺς ἔστι, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς θαλάσσης τεσσέρων ἡμερῶν πλόον πικρὸς αἰνῶς: ἐκδιδοῖ γὰρ εἰς αὐτὸν κρήνη πικρὴ κτλ., ut aut flagitiosae incusandus sit incuriae aut codicem censendus adhibuisse non leniter corruptum. cuius tamen auxilio nonnunquam praeter spem nanciscimur veram auctoris scripturam, veluti p. 613 b κατιόντος γοῦν τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, ἐπαναπλέει κακὰ ἔπεια καὶ μαινόμενα duo quae distinxi verba a nostris libris absunt, I 212 μαίνεσθε οὕτω ὥστε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλώειν ἡμῖν ἔπεια κακὰ, dehinc, nisi me fallit iudicium, in suam sedem reducenda. transeo ad Plutarchum Herodoti iniquissimum iudicem improbissimumque calumniatorem. qui Herod. III 48 ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γερόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου cum carperet mor. p. 859 Κορίνθιοι δὲ τί παθόντες ἐτιμωροῦντο Σαμίους ἐμποδῶν σιάντας ὁμότητι καὶ παρανομίᾳ τοσαύτῃ; καὶ ταῦτα μετὰ τρεῖς γενεὰς ὀργὴν καὶ μνησικακίαν ἀναφέροντες ὑπὲρ τυραννίδος κτλ., prodidit quidem non dubie in suo se libro reperisse τρίτη γενεῇ sive γ' γενεῇ, et delusit Panofkam res Sam. p. 31. Muellerumque Dor. I 168, 1 speciosae blanditiis lectionis, quam refelli nuper cum eum locum interpretando tractarem. eundem p. 858 τὸν δὲ ἔνα, φησί, τὸν περιλειφθέντα τῶν τριηκοσίων αἰσχυνόμενον ἀπονοστήειν ἐς Σπάρτην, τῶν συλλοχικῶν διεφθερμένων, αὐτοῦ μὲν ἐν ταῖσι Θυραῖσι κατὰ χῶσασθαι ἑαντόν, haec exprimentem Herodoti I 82

αὐτοῦ μιν ἐν τῆσι Θυρήσι καταχρήσασθαι ἐωντόν, num ipsum dicamus ridiculo errore falsum an qui verba eius ad nos transmiserunt librarios, anceps sane iudicium est. tertium produco Aristidem rhetorem. is Herod. II 8 τὸ ὦν δὴ ἀπ' Ἡλίου πόλιος οὐκέτι πολλὸν χωρίον ὡς εἶναι Αἰγύπτου, ἀλλ' ὅσον τε ἡμερῶν τεσσέρων ἀναπλόον στεινὴ ἔστι Αἴγυπτος ἐοῦσα sic, uti nunc extant in libris, iam tum temporis legisse sese ita testatur, ut ex illis ipsis verbis scriptorem manifesti erroris coarguere conetur, Aegypt. p. 343 ἀλλὰ γὰρ εὐφημότατα καὶ κάλλιστα εἰρηκῶς Ἡρόδοτος περὶ Αἰγύπτου καὶ Νείλου ὀλίγα τῶν ἀληθῶν εἰρηκῆναι κινδυνεύει, οὐχ ὡς ἐπὶ τὸ μείζον αἴροντος αὐτοῦ λέγω πάντα, ἐπεὶ τοι τινὰ γ' ἔσθ' ἃ καὶ μείζω παρέλιπεν ὦν εἰπεῖν αὐτῷ νῦν οὐδὲν (?) ἐπείγει λέγειν, ἀλλ' ἃ γε τῶν ὄντων ἐτέρως εἴρηκεν. οἷον ὡς ὑπὲρ Ἡλιοπόλιν τεττάρων ἡμερῶν πορείαν αὐθις εὐρεῖα Αἴγυπτος κτλ. ubi primus quod sciam Dietschius *Jahn. Jahrb.* 1853 p. 404 intellexit supplendum esse τεσσέρων καὶ δέκα. verum ipsum postea sui inventi poenituisse videtur, certe in editione sua nec recepit nec omnino mentionem fecit. quod nos, cum et ipsi pridem eodem devenissemus cogitando, et suscepimus et eis vindicavimus argumentis, ut viro optimo nimio in hoc suae laudis obtrectatori quin nunc denuo placitum sit nil dubitemus. quodsi Aristides cum rhetorices magniloquae artificis huius artis criticae vel mediocrem usum iunxisset, minus profecto acerbum se dedisset accuratissimi scriptoris exactorem. postremo iam, omissis nonnullis aliis, dicam de Stephani Byzantii aliquot locis. p. 128 Mein. Ἀρτεῦται, γένος Περσικόν. Ἡρόδοτος πρώτη, p. 127 Ἡρόδοτος Ἀρτεάτας αὐτοῦς (sc. Ἀρταίους, de quibus Herod. VII 61) καλεῖ διὰ τοῦ ε ψιλῶ, p. 435 Μάσπιοι, ἔθνος Περσικόν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ Μαρασίαν Ἀρτεατῶν καὶ Πασαργαδῶν. at Her. I 125 ἔστι δὲ τάδε (sc. Περσέων γένεα), ἐκ τῶν ἄλλοι πάντες ἀρτεῦται Πέρσαι, Πασαργάδαι Μαράριοι Μάσπιοι. librariorum nimis stultus error idemque pervetustus, a quo vel ordo verborum debuerit prohibere, etiamnunc in plerisque libris comparet, non inutilis tamen ad cognoscendum, quam antiquis temporibus sermo Herodoteus sua integritate ac constantia fraudari coeptus sit, si quidem optimo iure ἡρτεῦται formam Bredovius de dial. Her. p. 292 restitui iussit. p. 228 Ἀηρούσιοι, ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος ἃ Πέρσαι δ' οἱ μὲν Πενθιάδαι οἱ δὲ Ἀηρούσιοι οἱ δὲ Καρμάνιοι. at Her. I 125 ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε Πενθιαλαῖοι Ἀηρουσιαῖοι Γερμάνιοι. p. 319 Θυέλα, πόλις Οἰνωτρίας, ἐν ἣ μοῖρα Φωκαέων ᾤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος πρώτῳ. at Her. I 167 ἐκτίσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίας ταύτην ἣτις νῦν Ἰέλη καλεῖται. ubi perspicuum est Θυέλα ortum habere ex Ουδέλα, hoc autem ipsum natum est e Latinorum *Velia*. p. 332 Ἰνυκον, πόλις Σικελίας. Ἡρόδοτος δὲ Ἰνυκα αὐτὴν φησὶν ἀπὸ τοῦ Ἰνυξ, εἶοιζε δ' ἐσθάλθαι. at Her. VI 23 ἐς Ἰνυκον πόλιν, 24 ἐκ τῆς Ἰνύκον. locus inprimis ad rem quam explanare volumus nobilis, quo simul quanti sit faciendus *S* liber, ex quo solo nunc Ἰνύκον pro vulgato Ἰνυκος correctum est, existimari potest. p. 359, 18 Ἡρόδοτος ἐν πρώτῳ τὸ Καρικὸν ἔθνος δοκιμώτατον. at Her. I 171 τὸ Καρικὸν ἔθνος λογιμώτατον. p. 570 Σίνδος, πόλις παρὰ τῷ Θερμαίῳ. Ἡρόδοτος ἐβδόμῃ. at Her. VII 123 Σινδὸν τε πόλιν. conf. Boeckh. *Staatsh.* II 728. p. 695 Χομψῶ, νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρῳ. at Her. II 29 ἐν τῷ νῆσον περιρρέει ὁ Νεῖλος Ταχομψῶ ὄνομα αὐτῇ ἔστι. Plin. VI 178 *Tacompsos*, 180 *Tacompsos*, Pomp. Mel. I 9 *Tachempsos* alteram insulam *amplexus*, itaque ipse Stephanus p. 609 *Ταχεμψῶ, νῆσος Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Αἰβύῃ* (coll. p. 598 *Τάκομψος*). et his quidem locis codicis menda deceperunt compilatorem: complures alii videndum ne ipsius culpa in peius mutati sint. qui sunt p. 148 v. *Αὐτόμολοι*, p. 183 v. *Βούσιρις*, p. 208 v. *Γινδᾶνες*, p. 250 v. *Κάλυτις* coll. p. 355 v. *Κάννις*, p. 565 v. *Φίλα*. sed ut redeam ad eum finem, quo omnem hanc disputationem volebam spectare, ut vetustorum scriptorum interdum auctoritas aut librorum memoriae aut ipsi rationi veritatique esse inferior demonstraretur: locus est Herodoti VIII 133 *Μαρθόνιος δὲ περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχέιμαζε. ἐνθῦεν δὲ ὀρμεόμενος ἐπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπέα γένος τῷ*

οὔνομα ἦν Μῦς, ἐντειλάμενος πανταχῆ μιν χρῆσόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἰά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι, 135 ἐλθεῖν ἄρα τὸν Εὐρωπέα Μῦν περιστροφόμενον πάντα τὰ χρηστήρια καὶ ἐς τοῦ Πτόου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος, ib. τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν ἐξαργάσαντα παρ' αὐτῶν τὴν ἐφέροντο δέλιον, τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτου γράφειν ἐς αὐτήν, φάναι δὲ Καρίη μιν γλώσση χρᾶν, insigni quodam vitio hunc ad diem turpatus, quem editorum nonnulli non dissimulaverunt illi quidem, sed noluerunt tollere, quia patronos videbatur habere Pausaniam IX 23 καὶ ποτε ἄνδρα Εὐρωπέα, ὄνομα δὲ οἱ εἶναι Μῦν, τοῦτον ἀποσταλέντα ὑπὸ Μακρονίου τὸν Μῦν ἐπερέσθαι μὲν φωνῇ τῇ σφειτέρᾳ καὶ οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν οὐχ ἐλληρίσαντα οὐδὲ αὐτὸν διαλέκτῳ τῇ Καρίας, Herodotea aperte imitantem, et Stephanum Byz. v. Εὐρωπέος, πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Εὐρώπου τοῦ Μακεδόνοσ καὶ Ὁρειθνίας τῆς Κέκροπος. ἔστι καὶ Σαρίας ἄλλη. τὸ ἐθνικὸν Εὐρωπαϊός. ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ἦν Ἰδριάδα ἀπὸ Ἰδριέως τοῦ Χρυσάορος. τὸ ἐθνικὸν Εὐρωπαϊός ὡς Ὁρώπιος. ac de Pausania nil obloquor: qui aut ipse erravit aut codicis vitio falsus est. at Stephani verba cum primus perperam accepisset Berkellius, reliquί, in his novissime Meinekius, illum secuti sunt. is enim, quia apud eundem Stephanum paulo ante haec leguntur: Εὐρωμός, πόλις Καρίας, ἀπὸ Εὐρώμου τοῦ Ἰδριέως Καρός. τὸ ἐθνικὸν Εὐρωμεύς. Ἀπολλώνιος ἐπιτακτικῶν Καρικῶν, ad ἄλλη Καρίας adnotans, haec eadem est, inquit, quae supra Euromus, et falsus est Stephanus, si existimat diversa esse oppida, saepenumero enim τὸ μ verlitur in π, ut ὄμματα ὄπματα μετὰ πειτὰ etc. praeterea idem satis liquet ex variis nominibus, quibus urbs insignita fuit, nam etiam Ἰδριάς et Χρυσάορις olim dicebatur, ut videre licet apud nostrum illis in vocibus. quae sunt omnia falsa. quattuor fuerunt oppida nomine Εὐρωπος, duo Macedoniae (Thueyd. II 100. Plin. IV 34. Ptolem. III 13, 24 et 39. Hierocl. p. 638), tertium Syriae (Plin. V 87 *Europum*. Lucian. de hist. consc. 20. 24. 28. Ptolem. V 5, 14. Hierocl. p. 713. Procop. de bello Pers. II 20. 21. de aedif. II 9), quartum Mediae (Strab. p. 524. Plin. VI 113 *Europum*. Ptolem. VI 2, 17), quibus adiungit Ptolemaeus VIII 21, 11 quintum et ipsum Mediae. Εὐρωμός vero fuit oppidulum Cariae, de quo praeter Stephanum ita Strabo p. 658: ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τοις εἰσι πόλεις ἀξιόλογοι, Μύλασα Στρατονικήα Ἀλάβανδα· αἱ δὲ ἄλλαι περιπόλιοι τοῦτων ἢ τῶν παραλίω, ὧν εἰσιν Ἀμυζίων Ἡράκλεια Εὐρωμός Χαλκήτωρ· τοῦτων μὲν οὖν ἐλάττων λόγος. cf. eund. p. 636. Polyb. XVII 2. XVIII 27. XXX 5. Liv. XXXII 33. XXXIII 30. XLV 25. Plin. V 109 *Eurome*. Eckh. d. n. II 581 ZEYΣ. EYPOMEYΣ. EYPOMEΩN. ea civitas cum Atheniensibus tributaria fuerit, in tabulis tributorum, a Boeckhio in *Staatsh. der Ath.* vol. II coniunctim editis, crebro nominatur, sed constanter Ὑρωμῆς. quam varietatem Boeckhio l. d. p. 741 pulcherrime explanavit, cum Ὑρωμός antiquam et veram nominis speciem postea demum in Εὐρωμός videri callide mutata diceret, scilicet ut turpissimae bestiae extingueretur significatio: quam eandem mutandi causam et ille agnovit p. 734 in nomine Θεάγγελα, quod antiquitus fuisset Σνάγγελα, et ego supra p. 12 valuisse suspicatus sum in Ὑτεννα. ab Euromo autem prorsus diversa fuit et nomine et situ et amplitudine ea quae primum Chrysaoris, deinde Idrias, postremo de Antiochi I. uxore Stratonicea dicta est (v. Boeckh. C. I. II 473). haec unde cognomen Εὐρωπέος invenerit, nescitur: divinandi autem si quis volet cupiditati satisfacere, componat Steph. Byz. v. Ἐκατησία cum Hesych. v. εὐρωπόν et Eustath. in Dionys. 270, qui simul de accentus ratione, quam pervertit Stephanus diversa commiscendo, accuratius praecepit.